

**Colección:** Filosofía Colonial / Fuentes

**Francisco Sebastiani**

---

**LOGICA  
(1791)**

---

**Transcripción, Introducción y Notas:**

**Celina A. Lertora Mendoza**

---



FUNDACIÓN PARA EL ESTUDIO DEL PENSAMIENTO  
ARGENTINO E IBEROAMERICANO  
F.E.P.A.I.

**FRANCISCO SEBASTIANI**

*LOGICA (1791)*

Francisco, Sebastiani

Lógica 1791 / Sebastiani Francisco. - 1a ed. - Ciudad Autónoma de Buenos Aires : FEPAI, 2025.

Libro digital, PDF

Archivo Digital: descarga y online

ISBN 978-987-4483-65-2

1. Lógica. I. Título.

CDD 160

© 2025 Ediciones FEPAI

Fundación para el Estudio del Pensamiento Argentino e Iberoamericano

Marcelo T. de Alvear 1640, 1° E- Buenos Aires

E-mail: fundacionfepai@yahoo.com.ar

Queda hecho el depósito que marca la ley 11.923.

**FRANCISCO SEBASTIANI**

*LOGICA (1791)*

**Transcripción, Introducción y Notas**

**Celina A. Lértora Mendoza**



---

**Buenos Aires**  
**Ediciones FEPAI**



## Introducción

*Celina A. Lértora Mendoza*

Poco se sabe de la vida de Francisco Sebastiani Su postura filosófica sólo puede reconstruirse parcialmente, pues de los tres cursos que dictó se conserva únicamente el de Lógica. En líneas generales debe caracterizarse como un ecléctico, entendiendo por esto una posición cercana a la de Brixia, es decir, analizar críticamente todos los sistemas en cuestión para extraer de ellos lo que de verdadero o valioso pudieran tener. Esta idea consta explícitamente en su curso de Lógica. Sobre el valor filosófico de esta postura sin duda habría muchos reparos que formular, pero no es el caso aquí. Desde un punto de vista histórico hay que valorar estos esfuerzos antidogmáticos y sobre todo la intención de hacer de la filosofía una reflexión atinente a los auténticos intereses humanos y no una mera especulación abstracta.

La obra se conserva en el Archivo General de la Nación (Legajo N° 99 del catálogo de Ms) proveniente de la Biblioteca Nacional (Legajo N° 9986 del catálogo de Ms) donde fue enviado seguramente por la Universidad de Buenos Aires, a cuya biblioteca lo donó Bartolomé Mitre, como informa una carátula manuscrita agregada a la moderna encuadernación y que dice:

*Parte primera de la / Lógica / dictada en el Colegio de San Carlos / de Buenos Aires / por el Dr. Don Francisco Sebastiani / en el curso de Filosofía correspondiente / a los años 1791-1793 / Nota: el presente ejemplar ó copia fue escrito / al dictado del profesor por uno / de los discípulos, Dn. Raimundo / González Gorostizu, y*

*habido donado a la biblioteca de la / Universidad / por el V.  
Brigadier General Dn. / Bartolomé Mitre / en 13 de Nov. de 1868.*

La carátula del manuscrito es la siguiente:

*Philosophia libera seu eclectica ratio/nalis et mechanica sensuum  
juxta recentiorum philosophorum / placita elucubrata, studio/seque  
juventutis gratia / facili scholastiaque methodo congesta / A. D. D.  
Francisco Sebastiani in bonaerensis / Sancti Caroli regali Collegio  
artium cathedrae moderatore / Pars 1<sup>o</sup> Logicam complectens in/cepta  
die duodecima mensis Aprilis anni / Domini 1791. Me audiente  
Raymundo Gon/zalez Gorostizu.*

El estado de conservación de las hojas es bueno y la escritura es fácilmente legible, salvo las dos primeras páginas. El texto ha sido atacado profundamente por larvas de polilla y la encuadernación no es la original sino de restauración que incluye páginas en blanco al comienzo y al final más la primera carátula ya transcrita. Las medidas son: tapa: 21,7 cm de alto por 15,5 de ancho y 1,5 cm de lomo. Los cantos están bien conservados y presuntamente han sido recortados a la medida actual con la reencuadernación. Consta de 108 páginas útiles más la nota añadida. El texto se interrumpe en el último párrafo.

El papel es de fibra vegetal, de encolado firme, sin satinado y apto para recibir tintas fluidas. El instrumento escritorio ha sido pluma de cañón de ave, que produce un trazo delgado y no deja surcos en el papel, si bien no es tan fino como en otros códices.

El tipo de letra es un derivado de la bastarda española, cursiva ligada, similar a la actual salvo unas pocas variantes. Su aspecto es ligero y

elegante, inclinada, con tendencia a redondear ciertas letras. Su tamaño es variable, más grande entre las pp. 35-90 y más pequeña hacia el final, aumentando también considerablemente el número de líneas (de 20 a 34) por página. Al comenzar los títulos son poco destacados, consistiendo simplemente en el mismo tipo de letra un poco mayor. Siguen luego unas 50 páginas cuyos títulos son de gran tamaño, aunque no respondan a divisiones temáticas importantes, escritos con distinta caligrafía y muy adornados. En este caso la letra es recta, imitando la actual imprenta cursiva (no ligada). La parte final está escrita en letra pequeña, descuidada y casi sin destacar títulos y subdivisiones. El código tiene bastantes subrayados, de palabras sueltas y frases enteras. Se utiliza tanto para resaltar el contenido teórico como para señalar los ejemplos de los temas desarrollados.

Las abreviaturas son escasas, como corresponde a la escritura de la época, y además su uso es irregular. Como síntesis puede decirse que el manuscrito no presenta problemas interpretativos pues sus abreviaturas son escasas y obvias.

El manuscrito no tiene lagunas textuales, pero faltan hojas al final. Se han conservado 108 páginas, numeradas originalmente con un error, pues pasa de la 90 a la 100, terminando en la 117. De acuerdo a esta paginación se ha registrado en el Catálogo del Archivo General de la Nación. Para la transcripción he optado por la paginación correcta y de acuerdo al estado actual del manuscrito, omitiendo contar la carátula en castellano por no ser original del código. La numeración de párrafos es mía, de acuerdo a la distribución textual de la escritura.

Esta edición complementa la traducción, editada como  
Francisco Sebastiani



*Curso de Lógica (1791)*

Transcripción, Traducción, Introducción y Notas

Celina A. Lértora Mendoza,

Buenos Aires, Ediciones F.E.P.A.I. 2005

Esta obra contiene una Introducción con análisis codicológico y paleográfico más detallado que se omite aquí.

Dado que el objetivo de la transcripción es apoyar investigaciones de tipo textual, he optado por transcribir el texto línea por línea numerándolas, para cada página. En las notas sólo se colocan aquellas que por su índole no se han incluido en la traducción.

[p.1] PHILOSOPHIA LIBERA SEU ECLECTICA, RATIO-  
NALIS ET MECHANICA SENSUUM JUX-  
TA RECENTIORUM PHILOSOPHORUM  
PLACITA  
<sup>5</sup> ELUCUBRATA STUDI-  
OSEQUE JUVENTUTIS GRATIA  
FACILI SCHOLASTICAQUE  
METHODO CONGESTA  
A DOMINO FRANCISCO SEBASTIANI IN BONAERENSI  
<sup>10</sup> SANCTI CAROLI REGALI COLLEGIO ARTIUM CATHEDRA  
MODERATORE

PARS PRIMA LOGICAM COMPLECTENS In-  
cepta die duodecima mensis Aprilis anni  
Domini 1791  
<sup>15</sup> Me audiente Raymundo Gon-  
zalez Gorostizu

PRAELUDIUM PHILOSOPHIAE AUDITORES

**1.** Cum aliquando post exitatas Grammaticae<sup>1</sup> [...] gueris fortasse plurimi meis vestras defatigata fuisse  
<sup>20</sup> praeter jam dixi Philosophiae[...] vobis in prae-  
senti cum erubescere recipiunt. Quam ob rem melius is-  
ti Philosophiae candidati sunt[...] instrumentis [...] principio hodie ad scientiam seu Philosophiam ratio-  
nalem meditandam atque contemplandam vos  
<sup>25</sup> laetanti animo ita ubi mens humana [...] jam Grammaticae regulis ac [...] jussa a [...] ri obtuli fruatur [...] et [...]

<sup>1</sup> En el comienzo hay texto ilegible por desvanecimiento de tinta, se marca [...].

Philosophiam quam pertractandam suscipimus

[p. 2]

insalutatam adoriamur, et in hujusce operi limine ita ejus vultum intueamur oportet, ut rudiori saltem penicillo adumbratam ejus effigiem ita tyronibus exhibeat, ut illius intuitu avidius eam prosequantur. Itaque Philosophia juxta nominis etymologicum nihil aliud est, quam studium et amor sapientiae, quod quidem nomen a Pythagoras fuisse desumptum. Author est Clemens Alexandrinus liber quartum Stromatum, rogatus enim qua in re sibi sapiens videretur, <sup>10</sup>respondit se non sophum seu sapientem esse, sed philosophum, seu amatorem sapientiae exactius, si communiter explicatur *rerum divinarum et humanarum causarumque, quaeque haec res continentur*, scientifica cognitio, seu brevius, et <sup>15</sup>melius, ut totam ejus amplitudinem comprehendendum rerum omnium cognitio per suas causas aut effectus.

**2.** Verum enim verum cum a prime vis veluti Philosophiae incunabulis praesertim tamen a Cartesiano aevo ad nostras usque tempora multiplicem et variam prorsus fortunam Philosophici sutierit; mutataque subinde veste quasi personata, in publicam scenam prodierit; neque hucusque apud omnes constat, <sup>20</sup>quae demum praeferenda sic secta; modo namque aliquid pro vario nominum captu Aristotelem,

axis et fosis tucantur; Epicurum alii, Atho-  
mistarum facilem principem Aristoteli prae-  
ferunt; plurimi relictis veteribus graecorum castris,  
<sup>25</sup> atque servili tot annorum jugo excusso Renatum

[p. 3]

Descartes taliter amant, ut eum in Philosophia  
unicum sibi ducem proponant; neque tandem de-  
fuerit, quid Cartesio litem intenderet, incompa-  
rabilis scilicet vir Angli Neuthonos natio-  
<sup>5</sup>ne, genio et eruditione certe nulli principum  
Philosophiae secundus; vir siquidem istis sectam  
adeo omni ex parte novam et speciosam fun-  
davit, ut magnam asseclarum turbam; imo inte-  
gra ratione Cartesio abripuerit, sibique vindi-  
<sup>10</sup>caverit. Haec inquam, cum ita sint, dilectissimi  
juvenes, illud jure, meritoque a me scire cupi-  
tis, quinam Philosophorum sectae nomen li-  
benter adscribam. Judicium itaque meum non me-  
lius quam exequantibus vobis innotesse. Cum  
<sup>15</sup>natura ita comparatus sum, ut neque partium  
studio, neque hominum testimonio, ubi rationi et aucto-  
ritati est consulendum, facile quidquam conce-  
dam, mentis libertatem aprime amem,  
neque nisi in obsequium fidei liberrimum animum,  
<sup>20</sup>mentemque devinceam; eo animo meum phi-  
losophicum cursum vobis offeram, ut nullum  
apud me cum vobis tunc Neothericorum Phi-  
losophorum nomine negotium facescam.  
In omnibus namque semper memoriae defixa re-

<sup>25</sup>tineam praeclarissima illa magnis parentis  
 Augustine verba: credite Augustino probanti,  
 non Augustino dicenti; siquidem scio veritatem  
 nullius systematis esse privilegium; nullus  
 namque est homo Philosophus quantumvis acri  
<sup>30</sup>acumine mentis polleat quin non errandi pri-  
 vilegio a Deo acciperit, imo et in mille passim

[p. 4]

errores pro humana fragilitate, ac conditione  
 non labantur; quam ob rem prudenter ageret eos  
 Philosophos arbitror, qui ab omni partium stu-  
 dio liberi nullo sane Philosophorum recte suum  
<sup>5</sup>nomen consecraverunt; sed opinandi et philoso-  
 phandi libertatem amavit, eclecticamque proinde,  
 hoc est liberam Philosophiam quasi ratio-  
 nis rempublicam aprime colunt. Haec quippe  
 non est in qua cinguntur hypotheses sta-  
<sup>10</sup>tuuntur aut deducuntur theses, unice Phi-  
 losophorum placitis et praejudicatis ruino-  
 sisque systematum principiis insulte sed  
 potius in qua ratione pedisequa ac doctrinae  
 est reconditoribus naturae, sinnis veritates om-  
<sup>15</sup>nes eruuntur. Paucis totam absolvam, haec  
 est in qua non nominum philosophantium  
 sed ipsius naturae testimonia magno in prae-  
 tio habentur, neque philosophorum opini-  
 onibus sed experimentis recte peractis res tota  
<sup>20</sup>absolvitur.

**3.** Habetis igitur inclyti Philo-  
sophiae candidati, paucis expositam Phi-  
losophiam, quam tantum amo, et aprime  
colo, easque est quam in hocce trienali philo-  
<sup>25</sup>sophico curso unice offendatis. Quapropter  
amore veritatis assensu quiquid in Aris-  
totele, Epicuro, Gassendo, Cartesio, Newthono,  
Leibnitio et aliis conforme experimentis (pe-  
disequa semper ductrice rationi) inve-  
<sup>30</sup>niam id ego tamquam verum vobis tradam;  
id cumque vero in isce et aliis cujus in

[p. 5]

nomini Philosophis praedicto veluti criterio  
adversa mihi appareant, ea quocumque no-  
mine fulciatur despiceant, ea demumque  
ratione terminatis non assequar, ita propo-  
<sup>5</sup>nam, ut non resolvam, in hoc pariter eclecti-  
corum philosophorum munus exaltissime  
implens. Hic si conjecturis rem aliquan-  
do solvam si dubia multoties doceam, id certe  
argumenti obscuritati, id observationum  
<sup>10</sup>defectus, atque me in primis tenuitati referre debetis.

**4.** Methodum, quod attinet, eam tra-  
dam quae pro varia argumentorum natu-  
ra, et clarior et amenior, plusque ad brevita-  
tem, et ad juvenum captum accedere mihi  
<sup>15</sup>visa est. De stylo pariter nihil est quid dicam; pu-  
to enim meo muneri me fecisse satis, si tyro-  
nibus quoque haec scribo non multum laborent

ut quae a me liberis exarantur, quamvis  
neque polite neque omnino latine dicta forta-  
<sup>20</sup>sse sint distincte, nitideque percipiant.

5. Tandem ut alia silentio invol-  
vam, quoniam turpe, et homine philosopho  
cristiano religioso prorsus indignum sem-  
per habui diceriis alios impetere, cum nihil  
<sup>25</sup> sit ut candide fatear cum clarissimo For-  
tunato a Brixia, quod mihi magis sthu-  
macum moveat, quam illa quorumdam

[p. 6]

Philosophorum impudentia, qui de omnibus  
contra sententibus impudentissimo spretu  
loquuntur; hoc insuper vetam urbanitatis  
modestiae, atque religiones leges a quo antequam non ne latum  
<sup>5</sup> quidem umquam deflectere promito. Hinc  
quandoque alios falli pronunciem, id ego hu-  
manitati potius, quam ignorantiae refle-  
ratis opto: probe siquidem scio esse hominum  
errare in his potissimum rebus, *quae Deus*  
<sup>10</sup> *tradidit disputationi eorum*; nam vitiis  
nemo sine nascitur, inquit Poeta Horatius  
libro 1<sup>o</sup> Satyra 3<sup>a</sup> versu 67. Plura alia sunt  
de quoque vos hoc loco monendos desiderabam, ve-  
rum ne longius, quam par est nostra pro-  
<sup>15</sup>trahatur oratio ad meam Philosophiam,  
remitto. Non inficior tamen, dilectissimi  
juvenes, quod dum haec scribitis animus in-

ardescit, statimque Philosophia eclecticica seu libera instrui habetis. Gaudeo utique, atque iterum<sup>20</sup> gaudeo, sed simul vos obtestos ne decursus temporis hoc discende desiderium extinguere patiamini. Hoc animo vestro numquam excidat, nulla oblivione delatur, nimirum venitis, ut discutis, auditis, et scribitis, ut ad plenam<sup>25</sup> Philosophiae doctrinas informemini. Et in scopum, in quem semper fervido pectore collimare debetis. Ita spero eventurum Beata Virgo Maria de MonteSerrat [sic] nobis secunda, cujus validissimo Patrocinio

[p. 7]

vos omnes hodie committo, ut substante Reginae protectione Philosophiae viam inoffenso pede percurratis.

**6.** Accipe igitur illibata Regina, hoc<sup>5</sup> philosophicum opus, quod tuisaris<sup>2</sup> confidenter inscribo, ut sub tui culminis umbra incolume evadat. Esto nobis auxiliatrix, ac ductrix, ut superatis nostrae Philosophiae vorticibus tranquille portum appellemus.

<sup>10</sup>**7.** Ars miraberis fortasse, sapientissima Virgo Maria, quod nos alumni tui

<sup>2</sup> Así en el original, sentido dudoso.



in angustiis deprehensi, infirmo adeo praetextu protectionem tuam infra unum. Deum supremum importunare non mirus, quam<sup>15</sup> temere interpellandi licentiam usurpaverimus. Verum enim verum votum illud, quod jam dudum nos religiose obstrinxerat tunc in omnibus laboribus patrocinium advocandi, nunc nos potiori ratione religio-<sup>20</sup> se obstrinci, ut tibi, quod tunc plane erat, reddere omnino debeamus. Ad tuas merito aras pia Virgo advolamus sacra, ut nobis adsis benigna; ad te superne sapientiae Mater nulla unquam littera faedata, nos-<sup>25</sup> tris venimus corrigendis erroribus; tibi que tandem literisculum hoc munusculum sistimus in aeternumque vocemus. Jure igitur erumpat in praeconia jactabundus animus, quid ad tam splendidam corruscantemque

[p. 8]

synauram studiorum suorum navem direxit, collimavit atque pervenit. Licentiam itaque nostram melius dicamus audaciam majestas ipsa vestra patienter ferat oportet,<sup>5</sup> quippe quae causam ipsa loquendi tantam et audiendi nobis ministrasvit. Substantes Patrone tutela jam operi nostro manus imponamus.

DISSERTATIO HISTORICO CRITICA  
<sup>10</sup>DE LOGICAE NOMINE, OBJECTO, UTILITATE,  
METHODO, ORTU, PROGRESSU, PRAE-  
SENTI STATU, ATQUE PRAE-  
CIPUIS EJUS  
SCRIPTORIBUS

<sup>15</sup> PARAGRAPHUS PRIMUS: LOGICAE NO-  
MEN EXPENDITUR

**8.** Disciplina illa quam nos usitatissimo vocabuli *Logicam* nuncupamus, ea venit facultas teste Tullio de claris oratoribus ca-  
<sup>20</sup>pite 44. “quae docet rem universam tribuere in partes latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera, et falsa judi-  
<sup>25</sup>cantur, et quae quodque positae sint, quaeque non sint consequentiae”. Logicae nomen a Graeco vocabulo *Logos*, quod latine sermonem refert, derivatum est; quapropter Logica si vis voca

[p. 9]

buli spectetur, est scientia regulans ac dirigens sermones praecipue internos, et intellectuales: ob hanc rationem, philosophia rationalis seu mentis vocitatur. Dialectica quo-  
<sup>5</sup>que haec facultas a plerisque vocari consuevit

quod idem sonet, ac duorum *sermo*; etenim dialogum illud ita artificiose disponit, quo duo pro veritate delegenda intellectuali pugna decertat, quorum alter opponentis, al-<sup>10</sup>ter respondentis munus gerat. Hinc ab Auctoribus passim multiplici titulo comendatur: appellatur siquidem, *Organum scientiarum*, *Ars cogitandi*, *Ars mentis dirigendi*, *Diagnoetica*, *Philosophia rationalis*, *Ars*<sup>15</sup> *logico critica*, ac tandem *Ars veri et falsi disceptativo*, ars teste incomparabili hujusce temporis Philosopho Patre videlicet Ignatio Monteiro, omnibus hisce vocabulus idem omnino apte significatur.

<sup>20</sup> PARAGRAPHUS SECUNDUS. LOGICAE  
OBJECTUM

**9.** Objectum Logicae latissimi patet, etenim omni de quoque nobis ferendum est iudicium complectitur. Et sane; cum enim logicae sit<sup>25</sup> mentem ubique dirigere, quascumque nostras ideas, vel acquisitas, vel innatas examinare, distinguere, latentes in ei errores

[p. 10]

detegere, atque vitare; iudicia ad veritatis et criterii normam reddere, nobisque metipsius quando sit dubitandum, quando probabiliter, quando certo certius sit iudicandum praescribere; absque

<sup>5</sup> dubio fatendum humanam Logicam, ejusque regulas per omnes scientias et artes extendi, omniaque sub illius objectus cadere.

**10.** Verum quamvis hoc ita sit, nihilo tamen minus Logica scientiarum et <sup>10</sup> artium objecta non ita respicit, quasi argumentum seu objectum sibi proprium: sed ea ratione tantum comprehendit; quatenus mentem de singulis agentem, recte semper dirigit, errandi pericula consignat, et ad <sup>15</sup> veritatem tamquam ad praefixus sibi scopum collineare docet. Quam ob rem Logicam clarissimus Verulanius post Aristotelem, *Scientiarum Organum*; Tullius eam *sapientiae partem, quae per omnes sapientiae partes manat, ac diffunditur*, <sup>20</sup> et Sanctus Augustinus disciplinam disciplinarum, per optime nuncuparunt.

PARAGRAPHUS TERTIUS: LOGICAE  
UTILITAS

<sup>25</sup> **11.** In probanda hujusce facultatis utilitate, non est cur multa verba faciam. Si enim teste Augustino libro tertio de Academicis, capite tertio decimo, viro caetero quin de Logica praeclare merito: nihil optabilius est bona

[p. 11]

mente, rationisque ad verum a falso distinguendum, aequabilitate; nihil sane praestan-

tium, nihil utilius, nihil nobis magis necessarium. Logica est, quae sit expositum manet mentem dirigit, ne in vero inquirendo investigandosque ipsa fallatur, aliosque decipiat.

PARAGRAPHUS QUARTUS: LOGICAE  
ORTUS

**12.** Prima Logicae rudimenta, atque fundamenta primi hominibus fuisse nata,<sup>10</sup> ab his posteris tradita, et in usu recepta postea vero longo saeculorum flusso meliorem semper, perfectionem formam, atque methodum fuisse adeptam, nemo<sup>15</sup> ut puto, ibit in inficias. Neque enim, fieri “potuisse videtur inquit Fortunatus a Brixia, pro lege in Logica, ut de rebus tum divinis, tum humanis, illi disertarent, atque interve mutuo colloquerentur, quin<sup>20</sup> disceat plurima discerendo, committerent, eaque deinde observarent, et observando corrigerent, certiis quibusdam, hinc stabilitis, sibi quae praefieris regulis, ne in eosdem errores incauti iterum laborentur”. Hac<sup>25</sup> eadem ratione si naturam consulamus, imo, et Tullium, caeterosque audiamus, nata

[p. 12]

est eloquentia, Poetis et aliae artis, quarum omnium fundus, causa, exempla et archetypus

sunt ipsa natura.

PARAGRAPHUS QUINTUS: LOGICAE IN  
<sup>5</sup> ARTIS FORMA REDUCTIO, ATQUE  
AD NOSTRA FERRE TEM-  
PORA PROGRESSUS

**13.** Communis cum veteris, tum recen-  
tiorum consensu, primam in veste Dialecti-  
<sup>10</sup>cae seu informatae Logicae, gloria, Eleaten-  
si scholae tribuit, atque adeo primus et parecí-  
puus totis rei auctor, vel dialecticae, inven-  
tor Zeno Eleates, Laertio referente De Vi-  
ta Philosophorum libro nono, existimatur;  
<sup>15</sup> qui quidem ea constantia, in ejus studium  
operam navavit<sup>3</sup>, illamque nobis assensionibus  
factis, novaque methodo et luce illus-  
travit, ut tunc primum novae artis for-  
mam in publicam, scenam prodierit.  
<sup>20</sup> Logicam a Zenone accepit Socrates, atque  
a Socrate ejus discipulus Plato, qui de-  
inde ipsam ita illustravit, auxitque, ut dig-  
nus fuerit, qui pro Logicae inventore ha-  
beretur. Cuicumque Platonis libros evolven-  
<sup>25</sup>ti, aut philosophicam historiam, vel  
breviter oculis transcurrenti dubitare  
minime licebit, quinque saltem ista, et prae

<sup>3</sup> Así en el original, sentido dudoso.

[p. 13]

cupua Logicae capita, Platonem tenuisse, atque explanasse; primo: vocabulorum significationem clare definire, quaestionis sensum, de qua agendum erat, exacta distinguere et<sup>5</sup> exponere. Secundo: quaestionem ipsam in suas partes accurate dividere. Tertio: inductionem instruere, atque ad argumentandum adhibere. Quarto: dubitare, et quae dubia sunt tamquam dubia proponere. Quinto: certa<sup>10</sup> ab incertis, clara ab obscuris, evidentia a non evidentibus discernere.

**14.** Igitur quanti momenti in Logica sint relata, haec quinque capita: definire, dividere, enumerare, dubitare, distinguere,<sup>15</sup> nemo est qui non videat. Etenim dubitare, certa ab incertis distinguere, mentis ideas accurate separare, singulisque earum speciebus illam praestare fidem, quam vel ipsa idearum natura, vel argumenta<sup>20</sup> merentur; id est totius artis Logicae fundamento, et principium sciendi. Tria vero alia non solum ad methodum, sed etiam ad rite argumentandum viam externunt, mentemque dirigunt. Omnia<sup>25</sup> tamen ad veritatem ubique detegendam, quod est praefixus Logicae scopus magno ducunt.

[p. 14]

Sed divini Platonis in arte logica perficienda, summum studium, atque laborem aemulati deinde sunt. Speucipus, Heraclitus, Carneades, Zeno Stoicus, aliisque plurimi sed praesentibus omnibus Zenonis discipulus Chrysippus palmam arripuit. Hic namque ut auctor est Laertius in Vita Zenonis: adeo in Dialectica insignis fuit, tantaeque apud omnes aestimationis ut plerique dicerent, si apud Deos usus esset Dialecticae non futuram, quam Chrysippiam.

**15.** Inter Platonis tamen auditores primum locum facile sibi Aristoteles indicavit. Iste enim cum de omnibus Philosophiae partibus operam navare sibi propuisset Logicae regulas a suo magistro in Academia acceptas Lyceum transtulit, caeterosque reliquid philosophis ante illius tempora litteris exeratas, ita in unum corpus colliget atque in melioris artis formam redegit, ut jure merito respectu illorum omnium principis nomen apud Tullium meruerit.

**16.** Insuper si verum est, quod passim apud Auctores scriptum vidimus, videlicet Aristotelem centum viginti tres Libros de Logica elucubrasse; fateri cogimur



[p. 15]

majorem Aristotelicae Logicae partem obsolevisse. Ut res sit: totam Logicam libro decimo septimo Aristoteles complexatus est. In primo itaque, qui *categoriae* nuncupatur, de his sermonem<sup>5</sup> instruit, quae ad mentis perceptionem pertinent; quae vero ad secundam mentis operationem pertinent, exponet in duabus sequentibus, quos *Perihermeneias* sive de interpretatione Philosophus nuncupat. Tandemque ad tertiam<sup>10</sup> mentis operationem spectant in Libris Analyticorum, et Topicorum congegessit. Horum autem prae caeteris tanta praestantia est, tantaque utilitas, ut teste clarissimo Fanciolato proemit parte quarta<sup>15</sup> *Institutionum Logicarum, nihil potuerit at humano ingenio, atque adeo ab Aristotelis ingenio, ac discendi; et disserendi copiam parari divinius.*

## PARAGRAPHUS SEXTUS: LOGICAE DEFORMATIO

<sup>20</sup> **17.** Sola Aristotelis Logica in scholis primum pacifice obtinente quidam litterati homines, critices et libertatis amore arrepti hujusmodi Dialecticam acriter carpebant, ret quasi Sophisticam, ac prorsus<sup>25</sup> inutilem ad commune mortalium commercium, utpote mentem potius obnubilantem, quam illuminantem eluminabant.

[p. 16]

Inter hos feliciore auspicio, rem attigisse videntur, elapso proxime saeculo ingeniosissimi viri Bacon de Verulamio, anglico, et Descartes, natione Gallus; in eo enim ab istis res vertebatur, ut Logica inveniretur, quae non solum inter aulae parietes ad disputandum, et aridas ut plurimum scientiarum utilitates exponendum (qualis forte, est aristotelica) deserviret; sed potius ad omnes ex aequo alias res in<sup>10</sup> hominum commercium et societatem quotidie incidentes applicari, mentemque per omnia citra erroris pericula dirigere posset; uno verbo ea quaerebatur Logica quae omnibus hominibus ratione pollentibus cujusvis<sup>15</sup> status, aut conditionis essent, utilitatem afferret. Quantum vero at propositum sibi finem collinirent, Verulamius et Descartes adlaboraverint, non melius quam ex eorum scriptis colligi potest.

<sup>20</sup> **18.** Primus itaque in opere, cui titulus (*Organum* scientiarum, ita enim Logicam suam vocat) quam plurima profunde meditata, magnoque in praetio habenda nobis legenda proponit: verum<sup>25</sup> cum ipsius (uti jam monui) scopus esset Logica, reddere utile et amaenam, praecipue vero omnium naturalium scientiarum, et artium perfectricem; ad tunc propositum sibi finem unice perve-

[p. 17]

niendam judicavit, dubitatione idearum  
 nostrarum examine, atque inductione.  
 Haec tria fuisse, et perdocte prosequitur  
 Bacon in praelaudato opere, Renatum  
<sup>5</sup> Descartes peculiarem etiam tractatum  
 in lucem edidit, cujus titulus est: methodus  
 utendi ratione, et veritatem in scientiis  
 investigando, in quo novam suam Logi-  
 cam exposuit, melius dicam regulas, quodque  
<sup>10</sup> et ipse, et caeteri homines rationem dirige-  
 re, et veritatem assequi possent. Baco-  
 nem, et Cartesium sequutus est Petrus  
 Gassendus, qui sane non tantum alias  
 veterum philosophorum partes expurgavit,  
<sup>15</sup> digessit, atque illustravit, verum tamen ip-  
 sam Epicuri Logicam commentatus est.  
 Tribus relatis scriptoribus aestipulatur Jo-  
 annes Lockem, angulus, vir caeterorum profun-  
 dissimae meditationis in rebus ad Logicam,  
<sup>20</sup> et humanum intellectum pertinen-  
 tibus, plurima commendatione digna  
 in ejus opere, De l'entendiment humain  
 gallica versione in scripto invenietis. Eaque  
 cum Logico extollendus venit Nicolaus  
<sup>25</sup> Malebranche: his in opere, quod in scrip

[p. 18]

sit, Recherche de la verité, sex in libros partito mentis humanae, semitas, et occultissimos canales, quoque vel in errores praecipitatur, vel in veritatem tendit loculentissime expendit. Non<sup>5</sup>dam me est, plurima illi vitio verti, quae communiter a Neotericis exhibilantur, qualia sunt nihil ope sensuum certum nos habere: omnia nos in Deo videre, et cognoscere ratione unionis, cum in praecipis Malebranche,<sup>10</sup> cum Deo uniti hanc mortalem vitam degimur; omnesque nostri motus a Deo tamquam a prima causa proveniunt; horum primum inquit, quidam sceptissimum<sup>4</sup> reproductet; secundum fanaticum sapit;<sup>15</sup> tertium humanam libertatem subvertit. Verum hanc indicatis censoribus<sup>5</sup> clarissimus jure optimo animadvertatur judicent sapientes. Denique nemo est, ut opinor, quem lateat a Cartesii Gassendisque temporibus<sup>20</sup> ad nostra fere usque plurimus praeclarrissimus viros Logicam ab antiquis faecibus repugnasse, et novam, melioremque methodum reddisse, sicque illos recencere supervacaneum duxi. Illud tamen silentio praetermitendum non est<sup>25</sup> inter hos principem locum obtinere cultorem artis cogitandi, Wolfium, Regnault, Genu-

<sup>4</sup> Así en el original, probablemente *scepticismum* en el sentido del clásico *scepticorum doctrina*.

<sup>5</sup> Dudoso, quizá también *senioris*.

ensem, ut alios taceam; si quis tamen

[p. 19]

vestrum, aristotelicam Logicam consule-  
re velit, addat Petrum de Fonseca nobilem  
peripateticum, qui utpote plumarum  
rerum eruditio optime clarus caeteris peri-  
<sup>5</sup>pateticis palmam arripuit. Nullus  
namque scholasticorum si fides habenda  
est Monteiro, majori ingenio, et dili-  
gentia, aut accuratius e graeco fonte Logi-  
cam derivavit aut proposuit.

<sup>10</sup> PARAGRAPHUS [SEPTIMUS]<sup>6</sup>: LOGICAE  
PARTITIO

**19.** De partibus etiam, in quas Logica  
dividitur aliquid dicamus oportet.  
Verum quoniam quatuor sunt  
<sup>15</sup> mentis humanae operationes, in quoque  
tota Logica versatur, simplex scilicet  
rei perceptio, iudicium, discursus, atque  
methodus, ita et quatuor sunt par-  
tes in quas et Logica ipsa a nobiscum  
<sup>20</sup> recentioribus partitur; harum prima  
simplicem rerum perceptionem ab-  
solvit regulasque tradit, quoque mens  
nostra in percipiendo sine errore

<sup>6</sup> En el original *Sextus*.

[p. 20]

procedat. Secunda de iudicio agit, eaque simul docet, quae animadvertenda a nobis sunt, ne in errores labamur; tertia rationationis natura principia, legesque amplectitur, postrema tandem tota consistit in ordinis, atque tradendus regulis, quoque recta studendi disputantisque methodus continetur.

PARAGRAPHUS ULTIMUS: METHODUS  
LOGICAE TRADITUR

<sup>10</sup> **20.** Methodum, quod attinet, si proprie dictum spectemus, eam quinque teneat, quae vel ipsi magis arridet, vel ad propositum sibi finem conducatur. Illud tamen animadvertere debetis, illum qui, scholas moderatur, cum eo contendat, ut accurate disputare doceat, scholasticam methodum debet amare, omnia syllogismis, objectionibus, aliisque scholasticae methodi appendicibus accommodare, paucis totam rem <sup>20</sup> conficiam: artem syllogisticam debet peracte tradere, hoc pacto, ut qui illam legunt, et student ad disputandum sensim sine sensu assuescant, atque omnia syllogismorum apparatu proponere

[p. 21]

dicant. Id tamen in fine hujus dissertationis maxime momentos vos judico: experire nemque nimium non esse in regulis Dialecticis, quam plurimis cumulandis, ob-  
<sup>5</sup>servandisque plus enim oneris sunt intellectus quam utilitates; ut enim per bene ait Sanctus Augustinus libro tertio De Doctrina Christiana, capite 37: *multa interdum tam clara sunt,*  
<sup>10</sup> *ac perspicua, ut expositione et regulis potius obscurentur, quam illuminari videantur.* Hinc non desinam mirari aliquos, qui ut ait Mousnerius in tricis perinde quasi araneis infe-  
<sup>15</sup>lices muscae detinentur, suos tamen quisque patitur manes. Hunc ego scopum vitare cupiens, quae mihi inutilia visa fuerint, exhibilabo, tantumque illa exponam, quae tyronibus rite institu-  
<sup>20</sup>endi conferre judicavero. Atque haec inane-cessum in gratiam studiosiorum juvenum tradere sufficiat; qui uberio-rem circa praesens argumentum historiam vel notionem consulat auctores, qui illud  
<sup>25</sup>fuso calamo pertractarunt inter quos celebres reperies Patrem Regnault,

[p. 22]

Dominus Standey, Patrem Claus Eduardum Corsini, Theodorum Almeida, Musschenbroeck, Petrum Gassendum, potissimum vero Georgium Barchium, quorum lectio jocundissimam simul et utilem praesentis argumenti instructionem vobis affert.

LOGICAE PARS PRIMA  
SECTIO PRIMA: DE NATURA ET DIVERSITATE  
<sup>10</sup>IDEARUM

ARTICULUS PRIMUS: DE IDEARUM NATURA

**21.** Cum Logica nostra tota quota est, sive theoreticam illius partem spectemus, sive usus et regulas consideremus, sit humanae<sup>15</sup> mentis opus, ad eamque semper referatur; cumque in eum tantummodo continet finem ut humanam animam sive mentem, cujus foetus est semper ad veritatem dirigat, recte judicare<sup>20</sup> et ratiocinari docet, idcirco aliqua in Logicae ipsius limine circa humanam mentem, ejusque actus, in Lectorum gratiam summi labis debitanda existimo. Mens itaque humana, est vis<sup>25</sup> illa, qua homo rei plurimas, diversissimasque percipit, postea de his judicat



[p. 23]

atque deinde discurrit, haec si bonae sint appetit, si malae adversatur. Verum quoniam hoc loco tantum de prima mentis operatione sermonem substituamus, eamdem taxat mentis operationem consideremus oportet, quae res sibi occurrentes tantum percipit, quin ullum de illis iudicium efformit. Haec autem mentis vis perceptiva tum pro multiplici objectorum diversitate, tum pro diverso percipiendi modo, varia sortitur nomina; appellatur facultas sentiendi, et virtus imaginandi, sensus itidem intimus est vis intellectiva. Facultas sentiendi, seu potentia sensitiva est qua res sensibilis operum sensuum externorum percipit, v.g. ratione visus coloratas, ratione auditus sonoras, et sic de caeteris. Hinc est quod sensus externi organa sensoria communiter nuncupantur, eo quod anima illis tamquam instrumentis seu organis, ad res sensibiles percipiendas utatur.

**22.** *Vis imaginandi*, quae etiam phantasia dicitur, ea mentis

[p. 24]

venit facultas, qua res sensibiles jam olim sensu perceptas, visas, auditas, apprehendimus, ac veluti praesentis in earum imaginibus sistimus, has vero imagines pro<sup>5</sup> libitum in cerebro informamus, diversisque modis conjungimus, sic multoties clausis oculis, auribusque amenissimos ortos aut palatia<sup>7</sup> nobis repreaesentare possumus.

**23. Facultas intelligendi** seu virtus

<sup>10</sup> *intellectiva* est vis mentis, quae res mere intelligibiles seu spirituales (videlicet quae in se ipsius nec sensu externo, neque imaginatione attingi possunt) vel res quidem sensibiles, attamen secundum eam tantum rationem, secundum quam sub sensum externum, aut imaginationem minime cadunt; hoc modo Deum, Angelos, virtutem rei possibilitatem et existentiam, imo ipsam cognitionem rerum percipimus. Simili rationes<sup>20</sup> plurimarum rerum sensibilibus naturam, scientiam ac proprietates cognoscimus, quin aliquid eorum sub sensum aut imaginationem cadat. Tandem *sensus intimus* est vis illa, qua mens natura<sup>25</sup> se ipsa intime cognoscit, suarumque operationem et mutationum conscia

<sup>7</sup> Así en el original, por el clásico *aula regia*.

[p. 25]

efficitur.

**24.** Jam autem explicatis animae nostrae viribus superest, ut, quodmodis anima res percipiat, exponatur, itaque mentis<sup>5</sup> nostrae praecipue actus enumerantur: sentire, imaginari, cogitare, seu apprehendere, dubitare, judicare, ratiocinari, examinare, disponere et hinc nascuntur sensus, imaginatio, apprehensio, dubitatio, judicium,<sup>10</sup> ratiocinium, examen, cogitationum nostrarum dispositio, seu methodus, horum omnium, quae gradatim sese excipiunt notionem, et ordinem singillatim expendemus.

<sup>15</sup> **25.** Sensus, seu sensatio externa est perceptio rei materialis, seu actionis organa sensuum efficientis. Sic oculos in flores conficias, vel aures ad concentum musicum admoveas, a flore oculos, a sono musico<sup>20</sup> aures certa ratione effici, aut immutari deprehendes. Primam hanc animae perceptionem alia excipit, quae idea apprehensio et imago mentalis dicitur. Est autem idea, vel apprehensio, mera objecti

[p. 26]

repraesentati contemplatio aut imago in anima, hoc igitur est ideae caeteris mentis actibus discrimen, quod mera sit repraesentatio, nihil per eam affirmetur, negetur,<sup>5</sup> deducatur, ordinetur, dubitetur. Pura tantum rei perceptio est in mentem, ut cum in ligno soliditatem, extensionemque, in igne vero lucem, atque calorem cogitatione<sup>10</sup> complectimur, et mentem retinemus, quin vel soliditatem, vel extensionem ligno per lucem, atque calorem cum igne affirmando jungamus.

<sup>15</sup> **26.** Duplex autem est idearum seu hujusmodi repraesentationum genus, vel enim est de re corporea vel incorporea: prima dicitur imaginatio, secunda pura apprehensio aut idea<sup>20</sup> intellectualis. Imago est rei repraesentatio in mente sub corporea specie; hoc modo cum Pegasus aut Hippogrifum audimus, mente nobis effingimus<sup>25</sup> allatum equum, aut Griphum equino corpore per aerea volentem, idea intellectualis est rei aut veritas aliqujus citra corpoream speciem, re-

[p. 27]

praesentatio at potissimum eliximus, circa veritates universales, de quoque adhuc nihil affirmamus aut negamus; v.g. cum primo audimus hoc principium: cogito,  
<sup>5</sup> ergo existo.

**27.** Circa ideas, aut res mens postea reflectendo, easque nobis repraesentando, plurimus eliximus actus; et primo quidem iudicium: est igitur *iudicium* illa  
<sup>10</sup> mentis operatio, qua ideam aut rem unam idem esse cum alia, aut sini convenire affirmamus aut negamus, melius dicitur: *sententia mentalis de ideis nostris prolata*, quam alio nomine vocant,  
<sup>15</sup> assensum aut dissensum. Inter ideas et iudicia intercedit plerumque dubium, quod nihil aliu quam *ambiguitas mentis post idearum contemplationem a ferenda sententia impediens*,  
<sup>20</sup> quaenam v.g. est hujus mundo figura qui enim circa hoc multiplicis figurarum notiones et hominum sententias meditatur, sese a praeferenda sen-

[p. 28]

tentia abstinebit.

**28.** Ex omnibus hisce animae operationibus ratiocinatis consequitur, quae licet sit mentis actus aequae simplex, atque idea<sup>5</sup> et iudicium, tamen ad plura objecta extenditur: est igitur ratiocinatio illa animae operatio, qua ab uno de pluribus iudiciis alius deducimus; sic cum de vera terrae descriptione geographica ide-<sup>10</sup>am et sententiam feramus, Antipodas existere certo sciamus: recte ex hisce ratiocinando inferimus lapsos fuisse antiquos, qui Antipodas negarunt.

**29.** *Examen est illa mentis operatio<sup>15</sup> qua nostros actus enucleamus, perpendimus et cum veritatis regulis conferimus, ut eorum veritatem detegamus. Methodus, seu dispositio est recta idearum iudiciorum et ratio-<sup>20</sup>cinationum secundum simplicitatem aut universalitatem, aut secundum gradus ordinatio, clarius dicitur illa mentis operatio, et plurimam rerum appre-*

[p. 29]

hensio, qua ipse, ita disponuntur aut vel a simplicioribus semper ad magis composita, vel ab universalibus ad particularia progrediamur.

ARTICULUS SECUNDUS:

<sup>5</sup> DE MULTIPLICI IDEARUM DIVISIONE

UBI DE QUINQUE IDEIS UNIVERSA-  
LIBUS PORPHYRII

**30.** Idea dividitur primo in simplicem et compositam: idea simplex dicitur illa, quae <sup>10</sup> rem repraesentat unam, v.g. baculum; complexa quae rem repraesentat cum aliquo attributo aut modo, sive cum aliqua qualitate, qua afficitur, cujusmodi est idea baculo fracti, vel montis praerupti. Dividitur <sup>15</sup> secundo in adaequatam et inadaequatam. Prior est quae omnia in re contenta menti exhibet. Posterior vero, quae aliquid tantum ipsius rei mentis exhibet.

**31.** Dividitur amplius in universalem, <sup>20</sup> particularem et singularem. Universalis est, quae multa ex aequo singularia repraesentat, talis idea circulos generatim est,

[p. 30]

quae omnes circulos exhibet. Idea particularis rem aliquam singularem repraesentat sed indefinitam et indeterminatam, v.g. aliquem circulum. Singularis <sup>5</sup> exhibet rem aliquam singularem, certam et determinatam. Hujusmodi est idea Dei, Aristotelis, Alexandri, etc. Notat hic quod

res per ideam singularem repraesentat  
*individuum appellatur*. Insuper ideae universales,  
<sup>10</sup> quae Porphyriae dicuntur quinque vulgo  
numerantur, *scilicet genus, differentia,*  
*proprium et accidens*.

**32.** Praedicabilia etiam vocari solent,  
quatenus videlicet modum obtendunt, quo  
<sup>15</sup> unum quodque attributum de se enunciari  
potest, etenim omne, quod de alio dicitur,  
enunciatur, vel ut genus, vel ut differentia,  
vel ut species, vel ut proprietas, vel ut  
accidens; tribus prioribus modis praedican-  
<sup>20</sup>tur attributa, quae rei essentiam perti-  
nent; duobus sequentibus attributa quae ex-  
tra rei essentiam existunt. His animadvertis

**33.** *Genus definire potest attri-  
butum commune, seu universale conveniens,*

[p. 31]

pluribus differentibus specie: v.g. animal con-  
venit homini et bellum tamquam specie di-  
fferentibus. Genus dividitur in supremum,  
medium et infimum. Primum est, quod nu-  
<sup>5</sup>llum aliud habet genus supra se, medium  
quod tam supra se, quam infra se habet  
alterum genus; infimum denique sub quo  
genus aliquod non reperitur: sic attributum  
seu idea *entis*, est genus supremum: idea



<sup>5</sup> *viventis* seu *corporis* genus medium; ac tandem idea *animalis* genus infimum quatenus scilicet *vivens* inter attributum *substantiae* vel *entis*, et attributum *animales* medium obtinet locum ast sub <sup>10</sup> animali nullum attributum genus quod sic<sup>8</sup> invenitur. Advertatis hic velim illud attributum, vocari superius alio, quod illo universalius est, seu quod illo majorem extensionem habet; propter hanc ratio-<sup>15</sup>nem attributum corporis, dicitur superius attributo viventis.

**34.** Species est attributum seu idea exprimens naturam pluribus solo

[p. 32]

numero differentibus, communem tanquam totam earum essentiam; v.g. homo est attributum quod Socrati, Platoni et caeteris singularibus seu individuis solo numero differentibus convenit, tanquam tota earum essentia. Porro species eo fere modo, quo genus dividitur in supremam, subalternam et infimam, seu ut vocant a Thomam; et de hac sola posteriori intelligitur allata speciei definitio.

<sup>8</sup> En el original *sit*.

**35.** Differentia juxta Philosophos id omne bene intelligi, quo unum differt ab alio; et triplex est, nempe vel essentialis, quae *specifica* dicitur, vel propria<sup>15</sup> et appellatur *proprium*, vel accidentalis, et *accidens* nominatur. Differentia essentialis et specifica definitur *attributum* essenziale et primarium, qua una species ab alia sejungitur, talis est in homine<sup>20</sup> rationalitas, per quam enim homo a bestiis essentialiter differt. Genere autem, et differentia continetur species, sive quod idem est, differentia addita generi, constitui species; sic de rationale additum animali facit hominem.<sup>25</sup>

[p. 33]

**36.** Proprium sive proprietas appellari in Logica consuevit necessariae essentiae rerum appendix: hoc est idea, seu attributum illud, ad rei quidem essentiam non pertinens ab ipsius<sup>5</sup> tamen natura necessario propriens, aut illi peculiare ratione necessario conveniens. Proprium igitur quatuor modis dicitur apud Porphyrium: primo, quod convenit soli speciei, sed non omni; uti soli homini convenit<sup>10</sup> esse medicum, sed non omni. Secundo, quod convenit omni speciei, sed non soli, ut omni homini convenit duos habere pedes, sed non soli, etenim etiam avibus id con-

cessum est. Tertio, quod omni et soli speciei<sup>15</sup> convenit, sed non semper, ut homini omni et soli convenit sermocinare, non tamen semper sermocinatur. Quarto, quod convenit omni et soli speciei, et semper, ut omni et soli homini convenit<sup>20</sup> et semper posse sermocinari, nam etsi non semper ratiocinetur retinet, tamen potentia sermocinandi.

**37.** Accidens a Porphyrio definitur: id quod adest et abest sine sub-

[p. 34]

jecti corruptione, quod afficit et in quo inhaeret, v.g. albedo potest adesse homini et ab eo abesse sine illius corruptione; dividitur accidens in extrinsecum et intrinsecum, extrinsecum rem denominat, et denominatio externa appellatur: uti paries appellatur visus ab hominis visione, quae est parieti extrinseca. Intrinsecum vero dicitur, quod in ipsa re, vel subjecto recipitur,<sup>10</sup> cujusmodi sunt recordatio vel amor respectu mentis, quantitas, motus, quies, situs, et figura respectu corporis.

ARTICULUS TERTIUS:

DE VERITATE ET FALSITATE, CLARITATE

<sup>15</sup> ET DISTINCTIONE IDEARUM

**38.** Cum plurimum operae curaeque in eo a nobis sit ponendum, ut veras rerum ideas acquiramus, idcirco aliqua de veritate, falsitate, claritate et distinctione idearum, quantum angustia temporis permittit per opportunum duxi. Igitur cum veritas cognitionis sit ipsius conformitas cum objecto abs dubio vera erit idea; si objectum cujusmodi fuerit, sicuti in idea nostra rellucet: e converso erit falsa

[p. 35]

si objectum non fuerit in se, ut in idea nobis apparet. Idea clara dicitur, quae menti exhibet notas sufficientes ad rem cognoscendam, et ab aliis distinguendam. <sup>5</sup> Per notas intelligite characteres et signa quorum ope res una potest ab aliis cecernere, sic dum Solem percipio, eum facile a Luna discerno, atque habeo idea clara Solis. Obscura est idea, qua rem <sup>10</sup> non attingimus, quod omnes characteres et signa: sic obscura est idea seu notio Dei, quam in hac mortali vita habemus, qui nempe Deum per eam non ita attingimus, ut hac unica cogni-

<sup>15</sup>tionem mens nostra sit contenta, nec tamen Deum penitus ignoramus. Cavendum hic tamen est ne idea clara et intuitiva objecti, cum idea, seu notione ejusdem comprehensiva confundatur, utique omnis <sup>20</sup>cognitio comprehensiva est etiam clara seu intuitiva, non vicissim, ratio est quia adversam comprehensionem non sufficit, quod tota rei essentia distincte percipiatur, quod sufficit ad perceptionem <sup>25</sup>claram et intuitivam; sed insuper, ut id omne attingat, quod objectum formaliter, virtuali-

[p. 36]

ter et eminenter in se continet, taliter ut omni prorsus modo, quo res ipsa absolute cognoscibilis est, mens nostra ipsam cognoscit.

<sup>5</sup>**39.** Idea clara potest esse vel distincta vel confusa; distincta erit quando in ipsa res, seu objectum ita nobis reluceat, ut caeteris omnibus discernatur, nec cum eis possit confundi, v.g. idea mentis <sup>10</sup>seu substantiae cogitandis clara est et distincta, neque confundi potest cum idea corporis, seu substantiam in longum, latum et profundum extensam. Demum confusa erit, in plura diversa nobis in illa

<sup>15</sup> occurrant, ita idea qua hominem non nisi ut animal attingimus.

SECTIO SECUNDA. DE IDEARUM SIGNIS SIVE DE TERMINUS VOCALIBUS

<sup>20</sup> ARTICULUS PRIMUS: DE SIGNO ET VOCIBUS GENERATIM SUMPTIS

**40.** Signum sensibile, quod etiam materiale appellari solet, definitur ab **25** Augustino libro 2 de Doctrina Chris-

[p. 37]

tiana id, quod praeter speciem sui, quam ingeri sensibus aliud aliquid facit in notionem venire, sic fumus est signum igni latentis, viso nam<sup>5</sup>que fumo subesse ignem deprehendimus. Hoc vel naturale est, quod nempe naturaliter aliquid significat, ut lamentatio, dolorem, vel est arbitrium, quod ex arbitrio seu insti<sup>10</sup>tuto hominum aliquid significat, sic haedera ad fores apensa est signum arbitrium vini vendibilis; idem

dicitur<sup>9</sup> de vocibus et vocabulis.

**41.** Celebris tamen est divisio signi, in demonstrativum, pronosticum et rememorativum. Demonstrativum, quod rem praesentem, pronosticum quod rem futuram, rememorativum quod rem praeteritam nobis exhibet. Proprietatis signi sunt veritas et falsitas, certitudo et incertitudo et probabilitas. Verum erit signum, si res ita se habeat, ut ab ipso signo exprimatur, econtra vero falsum. Signum

[p. 38]

certum est, quod numquam fallit, incertum, sive dubium, quod toties ex aequo fallit, probabile, quod raro fallit. Nota, quod signa naturalia semper sunt vera; arbitraria vero possunt esse falsa, illa namque rebus ipsis ex lege naturae quae numquam fallit connexa sunt, haec autem ex fallaci hominum voluntate unice pendent.

<sup>10</sup> **42.** Vox generatim accepta definitur: sonus ex animalis ore procedens, et per apulsionem aeris, ex pulmonibus in fauces

<sup>9</sup> Original *dicito*.

incurrentis formatus. Vox autem sumpta pro vocabulo, seu distinctione, et in sensu<sup>15</sup> magis proprio definire solet: sonus articulatus ab homine prodatus ab exprimendis animi conceptus, vel internas passiones. Dicitur sonus articulatus, id est per syllabas tanquam per articulos distinctos, in quo<sup>20</sup> discrepat a confusis animalibus vocibus, puta<sup>10</sup> mugitus boum, latratum canum, additur, ad exprimendo animio conceptus, ut ab vocibus picarum cecernatur.

**43.** Nomen est dictio instituta<sup>25</sup> ad exprimendas ideas, seu idearum objecta, ut Deus, Angelus, Caelum. Verbum est

[p. 39]

vox instituta ad exprimendum iudicium.  
Nunc autem de ideis agimus, non de iudicio.

ARTICULUS SECUNDUS:  
DE DIVISIONE TERMINORUM

<sup>5</sup>**44.** Primaria suae divisionis terminos vocalis partitur in substantivum, seu absolutum, vel adjectivum, seu connotativum. Terminus substantivum proprie dicitur, qui substantiam significat, cujus

<sup>10</sup> Original *putat*.



<sup>10</sup> modi sunt Deus, Angelus, homo; Adjectivus seu connotativus significat substantiam certo modo, aut qualitate affectam; ut albus significat corpus habens albedinem; sive significat corpus, cui adjecta est albedo; vel significat albedinem, quae connotat, seu quae connotationem, id est relationem habet ad corpus. Hinc rursus dividitur terminus in concretum, et abstractum. Concretus <sup>20</sup>vocatur illis, qui significat formam cum subjecto, vel ut aliis placet subjectum affectum forma: ut pulcher significat subjectum habens pulchritudinem adjunctam; pulcher enim est, qui habet pul-

[p. 40]

chritudinem. Econtra abstractus nuncupatur, qui formam ab omni subjecto praecissam significat, ut albedo, rotunditas.

<sup>5</sup> **45.** Dividitur ulterius terminus in communem, particularem et singularem. Communis est qui multa significat: ut homo significat Petrum, Paulum. Particularis, qui unum aliquid significat, sed indeterminatum, ut *aliquis*, *quidam*. Singularis, qui aliquid unum significat, et determinatum, ut Home-

rus, Aristotelis; dividitur quarto in univocum, aequivocum et analogum. Univocus<sup>15</sup> seu synonymus est ille qui eandem habet significationem in multis: ut homo eandem habet significationem in Petro, Paulo, etc. Aequivocus, seu homonymus est, qui diversam habet significationem in<sup>20</sup> multis; ut vox *canis* quatenus dicta de sydere, de pisce quodam, et de animale domestico. Analogus Graecae idem est, ac proportionalis, et vocitatur ille, qui partim idem, partim diversum in multis significat. Is<sup>25</sup> propterea duplex distinguitur; Analogus videlicet Analogia attributionis, et Analogus Analogia proportionis. Terminus Analogus Analogia attributionis est ille qui

[p. 41]

idem attributum diverso modo participat. Sic attributum *sanum* dicitur analogice Analogia attributionis de homine, et de medicina. Terminus vero Analogus<sup>5</sup> Analogia proportionis ille nominatur, qui eandem habet relationem ad diversos terminos: uti pes hominis eandem habet relationem ad hominem, as pes scamni ad scamnum, et pes montis ad mon-<sup>10</sup>tem. Dividitur quinto terminus in categoricum, et transcendentalem. Categoricus est, qui per se ideam aliquam

significat, designat seu exprimit: ut Angelus, homo, lapis, etc. Transcendentalis<sup>15</sup> vero erit, qui significat aliquid, quod tunc ad ens, tum ad modum entis generatim pertinet; ut unus, verus, bonus.

ARTICULUS TERTIUS: DE NOMINIS  
ET REI DEFINITIONE

<sup>20</sup> **46.** *Definitio in genere est illius quod re vel in nomine obscurum, et involutum est dilucida explicatio.* Duplex propterea definitio est altera nominis, altera rei per nomen significatae. Definitio nominis est ea, qua

[p. 42]

determinat aliquis, quid per nomen aliquod intelligat ut si dicant per hanc vocem *elaterium* intelligo vim, qua corpus pressum, puta arcus tensus, sublata vi<sup>5</sup> premente, vel tendente resilit, et in pristinum statum instituitur, hoc fere elaterium intelligo, parum sollicitus, in quo virtus illius essentia, aut natura consistat. Haec definitio per magni est usus, et extra<sup>10</sup> omnem controversiam posita, unde principii loco habita est a Mathematicis.

**47.** *Definitio rei est oratio explicans naturam rei;* seu explicans quid sit res illa, quae defi-

nitur. Sic homo definitur esse *animal ratio-*  
<sup>15</sup>*nale*. Haec iterum duplex est, essentialis, et acci-  
dentalis. Essentialis rem explicat per principia  
ejus essentialia, nimirum per genus et dif-  
ferentiam, ut cum homo dicitur esse *animal ratio-*  
*nalie*. Definitio accidentalis, quae etiam des-  
<sup>20</sup>criptiva nuncupatur rem explicat per  
quadam attributa externa, seu adventi-  
tia<sup>11</sup> ipsa rei: talis est cum homo describitur  
a Tulio Lib. I De Legibus, capitulum 1: animal pro-  
vidum, sagax, multiplex, acutum, memor,  
<sup>25</sup>plenum rationis et consilii. Notanter dixi

[p. 43]

quae etiam descriptio nuncupatur; propte-  
rea, quod per illam potius rei proprie-  
tates, quam essentiam explicentur.

**48.** Regulae optimae defini-  
<sup>5</sup>tionis quatuor communiter  
a Dialecticis aferri solent:

Regula prima:

**Definitio sit clarior re definita**, hoc est  
ut rei idea clarior nobis fiat definitione  
<sup>10</sup>quam modo rei ipsius vocabulo. Nisi  
hoc ita fiat, non erit ejus quod in re, vel  
in nomine latet, dilucida, atque perspi-

<sup>11</sup> En el original *avendicia*.

cua explicatio, qualis certe debet esse definitio.

<sup>15</sup> **49.** Regula secunda:

**Definitio omni definito conveniat.**

Res per se ipsam manifestat exemplo illustratur. Si spiritum definire velis, cumque dicas: rem cogitantem infinitam,  
<sup>20</sup> quae notio uni Dei convenit, non commu-

[p. 44]

nem omnis spiritus definitionem dares, sed singularem unius tantum spiritus Dei optimi maximi notionem produceres, in qua infinitas ponitur proprium, atque singularis summi entis ab omni alio spiritu discrimen; igitur ideam omni spiritus convenientem hoc modo definisti.

**50.** Regula tertia:

**Definitio soli definito conveniat.**

<sup>10</sup> Qui hominem v.g. definiturus cum diceret vivens sensu praeditum: licet notionem afferret homini convenientem, cum nihilominus non definiret; quod tunc solum fit, cum illas assignamus notionibus, quoque et res ipsae constituuntur, et ab omni alio distinguuntur; ut habetur in hanc: *homo est animal rationale*; at vero in alia: *vivens sensu praeditum*, notio-

nem proponimus, non modo homini-  
<sup>20</sup>bus, sed aliis etiam animantium spe-  
ciebus communem, adhuc etiam in

[p. 45]

illa desideratur, quod hominem ab aliis  
animalibus distinctum constituat.

**51.** Regula quarta:

**Definitio sit brevior, quo fieri potest.**

<sup>5</sup> Sicut omni definitio, si in aliqua deficiat  
vitiosa est, ita si in aliqua abundet. Loquor  
hic de definitione Logica.

ARTICULUS QUARTUS: DE DIVI-  
SIONE

<sup>10</sup> **52.** Cum mens nostra in hac mortali vi-  
ta adeo limitata sit, ut plerumque res tota-  
liter, ac unico intuitu, non nisi ad modum im-  
perfecte, et calliginose cognoscat, idcirco di-  
visionem adhibet, ut illas veluti per par-  
<sup>15</sup>tes intuens plenius earum cognitionem obti-  
neat. Est itaque divisio: *rei, seu totius in par-  
tes distributio*; haec duplex est, alia actualis, et  
potentialis alia. Divisio potentialis est  
illa, qua totum in partes potentiales par-  
<sup>20</sup>titur; talis est, qua quolibet genus in suas  
species distribuitur, v.g. *substantia* in men-

[p. 46]

tem et corpus. Divisio actualis, qua totum in partes actuales dividitur, sic lignum bipalmare in duas partes palmares secatur; sic etiam homo, in<sup>5</sup> corpus et animam dividitur, quae ipsum actualiter integrant. Si tamen proprie loqui velimus divisio potentialis absolute divisio; actualis vero partio appellari debet, etenim divisio; ut movet Cicero, in hoc a partitione<sup>10</sup> differt, quod illa sit generis in speciem, haec autem totius in partes.

**53.** Rursus divisio aliter partitur, scilicet in essentialem et accidentalem. Prima est quae fit in partes essentielles, sive físicas, ut homo dividitur<sup>15</sup> in corpus et animam; divisio accidentalis quae fit in partes accidentales, v.g. corpus in album et nigrum. Demum pro definitione recte instituenda, sequentes servate regulas.

**54.** Regula prima:

<sup>20</sup> **Divisio adaequet totum divisum**, ita ut neque plura, neque pauciora sint in divisione membra, quam in toto diviso: sic recte dividet lineam in recta et curvam; nulla

[p. 47]

siquidem linea est, quae recta non sit, aut curva, caeterum perperam dividiremus lineam in rectam in rectam et circularem, cum plures sint lineas, quae nec rectae sunt nec circulares, quales sunt ellipticae, parabolicae, etc.

**55.** Regula secunda:

**Divisio paucis constet partibus:** sic enim apertius rem divisam exponit, hinc melius dividuntur litterae in vocalis et <sup>10</sup> consonans, qua in A, B, C, D, etc.

**56.** Regula tertia:

**Divisio recto ordine instituatur.** Taliter ut totum in partes proximas et immediatas prius dividatur, deinde ite <sup>15</sup> in alias, donec tandem ad ultimas, quas athomas appellamus perveniatur. Quare hanc regulam minus recte **vivens** divideretur, hinc homines, bruto ac plantas, rectius namque divisionis ordo expostu- <sup>20</sup>lat, ut prius in plantas et animantia dividitur, deinde animantia in homines et bruta, et sic de caeteris.



[p. 48]

LOGICAE PARS SECUNDA. DE JUDICIO  
ET [PROPOSITIONE]<sup>12</sup>

**57.** Simplicem rerum perceptionem, ut supra indicavi iudicium consequitur, <sup>5</sup> quam ob rem praecedenti parte, sufficienter traditis prout logicum exposui institutum, quae ad primam mentis operationem, seu perceptionem spectant, recta disputandi methodus exigit, ut quae <sup>10</sup> ad iudicium pertinent sermonem convertamus.

SECTIO PRIMA: JUDICII NATURA  
EJUSQUE PROPRIETATES PAUCIS  
EXPLICANTUR

<sup>15</sup> **58.** Iudicium definitur *secunda cogitationis species* quae una idea cum alia conjungitur, aut ab ea separatur, seu ut vulgo aiunt, *actus, quo unum de alio mens affirmat aut negat*. Id satis constat ex <sup>20</sup> his, quae parte prima, sectione prima, articulo primo dedimus. Sic v.g. iudicium fero, si postquam percipio id, quod significatur hac voce Deus, *et ista bonus*

<sup>12</sup> En el original *proportione*.

[p. 49]

et illa mendax: de Deo affirmem bonitatem et negem mendatium, iudicando *Deum* esse bonum, *Deum* non esse mendacem.

**59.** Proprietas iudicii sunt veritas<sup>5</sup> et falsitas. Iudicium dicitur verum si proprio objecto consentaneum est, econtra vero falsum, si illi minime conveniat. Notate hic, quod objecta iudicii sunt res, in quo mens versatur, dum iudicat.<sup>10</sup> Iam autem suo objecto consentaneum est iudicium, ad eoque verum quando res ita se habeat, ut eam habere mens iudicando pronunciat. Contra iudicium suo objecto disconvenit, ac proinde est falsum,<sup>15</sup> quando res aliter est in se, ac ea esse mens iudicando enuntiat. Sic v.g. verum est iudicium quod *Deum esse bonum* vicissim falsum, quo *Deum esse mendacem* affirmamus.

<sup>20</sup> SECTIO SECUNDA: DE ORIGINE VITIORUMQUE  
JUDICIA NOSTRA DEPRA-

[p. 50]

VANTUR, ET QUALITER ILLIS  
SIT OCCURRENDUM

**60.** Duo praecipue sunt, quae nos impediunt, quominus iudicia vera de rebus  
<sup>5</sup> pronunciemus, praepudicium videlicet infantiae et praecipitatio mentis. Praepudicia infantiae sunt falsae quaedam persuasiones, quae vel ab ipsa infantia, ex modo sensuum usu, aut majorum de rebus  
<sup>10</sup> perperam iudicantium exemplis, et institutione hauriuntur; vel ex intellectus aut voluntatis errore, et ex quadam animi levitate mere arripiuntur: ut cum putamus calorem,  
<sup>15</sup> qui in igne est, omnino simile esse perceptioni seu sensationi, quam in nobis experimus.

**61.** Praecipitatio mentis, est praiceps de inconsideratum de re innotata, vel non satis explorata iudicium. Quam pro  
<sup>20</sup>ro late hoc vitium dominetur, explicari

[p. 51]

vis potest nam ut inquit claro viro Philosophiae Rationalis, paragrapho centesimo sexagesimo quinto: vulgo nimis praecipitanter iudicant homines, nec his ex  
<sup>5</sup>ceptis, qui praecipitantiam in iudicando vitandum esse sedulo inculcant. His vero duplicibus errorum seu vitiorum fontibus ut occurramus, sequentis pacato animo canones sunt observandi.

<sup>10</sup> 62. Canon primus:

“His omnibus opinionibus exuenda mens nostra est, quas ante attae<sup>13</sup> vita consuetudine temere arripuimus, earumque nulla deinceps pro vera habeatur oportet nisi maturo<sup>15</sup> prius examine fuerit subjecta, atentoque animo considerata, et aequa rationis lance expensa”. Hinc sensit Descartes prima parte Principiorum a dubitatione, seu iudicii suspensione incoandum esse Philosophiae<sup>20</sup> studium; recte putans vir alioquim ingeniosissimis, hac unica ratione obtineri posset, ut praejudicia infantiae, praejudicia-

[p. 52]

taeque opiniones prorsus eliminentur. Qua in re de concilio suo, et proposito ab aliis quoque philosophis sibi adversariis laudem promeritus est. “Comprobo –inquit Gassen<sup>5</sup> dus in objectionibus adversus primam illius Meditationem– institutum quo mentem tuam exuere omni praejudicio voluisti”. Et certe quidem, si enim omnia simul permixta sint, minime discerni possunt vera<sup>10</sup> a falsis, nisi singula aequae, ac dubiae examini subjiciantur, et rigide discutiantur, ac proinde nisi dubitando philosophemur. Non clam me est, multa esse praejudicia

<sup>13</sup> Así en el original; la palabra, aunque existe en latín, no hace sentido.

quae non facile erradicari ex animo quie-  
<sup>15</sup>ant; qualia sunt, quae nobiscum quodam indona-  
ta, sensum sine sensu incrementa in animo  
caepere; nam ut ait Poeta Traphicus intro-  
cadet.

**63.** Didiscit animus sero quod didiscit diu.  
<sup>20</sup>Atque ad in causa est, cur senex pertina-  
cius praëjudicia tueantur, nec a juniori-  
bus erudiri se facile, aut libenter pa-  
tiantur.

[p. 53]

**64.** Vel quia nihil rectum nisi quod placuit sibi  
docunt. Vel quia turpe putant parere minori, et quae  
invervex[sic] discere, sedes perdenda fallere.

**65.** Canon secundus: de judi-  
<sup>5</sup>cio et perceptione.  
“Judicia nostra dandiu substinere debemus  
quandiu res, in qua versamur, sedulo exa-  
mine a nobis discussa fuerit, optimeque perspecta.  
Nam ut inquit Tullius cap. 22 tam viciosum  
<sup>10</sup>esse constet, assentiri quidquam, aut falsum, aut  
incognitum, substinenda est potius omnis  
assentio, me praecipitet, in timore processerit.  
Summa profecto temeritas est de re non nisi  
leviter explorata sententiam proferre; neque  
<sup>15</sup>enim tanta vi, tantoque mentis acumine,  
sensus a natura sunt donati, ut nihil plane

occurrere nobis possit, quod statim optime non percipiatur iudicium praeceptis semper temerarium erit, etsi quandoque veritati<sup>20</sup> concenseat, quia licet si verum, semper verificatur defuisse sufficiens examen rei, quod praecedere iudicium debet, ut prudens

[p. 54]

censeatur.

**66.** Canon tertius:

Quae igitur magni sunt ponderis, maximeque occulta, attenta et longa; quae vero sunt facilia,<sup>5</sup> parvique momento; attenta quidem, sed non tam morosa discussione consideremus oportet. Etenim non minoris vitii est in his, quae pro sua natura est dignitate, longo, maturoque examine indigent, praecipitanter procedere, quam in ei perverutandis<sup>14</sup>, quae<sup>10</sup> scito facilia sunt, nec multum utilia, longum examen, ac curam impendere.

**67.** Canon quartus et ultimus:

“Praemisso sufficienti rei examine iudicium ferendum est juxta mensuram acquisitionis<sup>15</sup> cognitiois, taliter ut, si cognitio fuerit clara et distincta, iudicium sit subtile atque fixum, converso, aut nullum, aut nonnisi

<sup>14</sup> En el original *pervenitandis*.

timidum, si cognitio obscura fuerit ac prorsus dubia”. Pari reprehensione dignus videtur, qui anceps est in rebus certis et evidentibus, quam qui in rebus obscure tantum, et confuse cognitis absque ulla haesitatione ju-

[p. 55]

dicium pronunciat.

SECTIO TERTIA: DE PROPOSITIONIS NATURA  
EJUSQUE MULTIPLICI DIVISIONE

<sup>5</sup> **68.** Quae admodum ideae nominibus, ita iudicia verbis tamquam signis exprimuntur: nam verba significant affirmationem, et addita particula continent negationem, est itaque propositio oratio affirmans, vel negans aliquid <sup>10</sup> de alio in qua quidem definitione subjectum et attributum et copula, haec tria notanda. Subjectum est illud de quo aliquid affirmatur aut negatur, attributum id, quod affirmatur aut negatur de alio. Copula <sup>15</sup> nexus attributi cum subjecto. Patet in hac propositione *Deus est bonus*. *Deus* est subjectum *bonus* est attributum; *est* officio copulae fungitur. Parum refert, sive subjectum, sive praedicatum, sive <sup>20</sup>copula primo, secundo, vel tertio loco ponantur; solum enim attendit Logica quid

affirmetur, et de quo affirmetur. Similiter nihil refert, hanc propositionem tribus constare vocabulis, nimirum subjecto,  
<sup>20</sup> praedicato et copula, qualis est propositio

[p. 56]

*mens est cogitans*, an duabus tantum, ut *mens cogitat*, an denique uno, ut *cogito*. Nam verbum plerumque attributi, et copula vices geri, ut *mens cogitat*; idem *mens est cogitans*; aliquando  
<sup>5</sup> subjectum, attributum et copula complectitur, ut *cogito*. Propositio in qua subjectum, praedicatum et copula exprimentur, dicitur propositio de tertio adjacente, ut *mens est cogitans*. Ea vero, in qua verbum continet subjectum et copula, vel praedi-  
<sup>10</sup> catum et copula vocatur propositio secundi adjacenti, ut sunt *cogitans* vel *mens cogitat*. Illa tandem, in qua verbum vices gerit subjecti, attributi et copulae, dicitur propositio de primo adjacenti, ut *cogito*. Atque haec quae de propositioni-  
<sup>15</sup> bus his partibus hactenus sint exposita, non solum in veteris scholis fuere recepta, sed etiam a pluribus recentioribus libentissime sunt adoptata, quia de re consulere potestis clarissimum virum Philosophiae Rationalis, paragrapho 223, cujus  
<sup>20</sup> verba referre supervacaneum duco.

**69.** Iam vero propositio tam secundum formam, quam secundum materiam acceptam, in varias species dividitur, et secundum utramque



diversas quoque habet proprietates. Igitur  
<sup>25</sup> secundum formam dividitur in affirmativam,  
 et negativam; quarum exempla sunt ‘lingua  
 primitiva est haebrea’, ‘lingua primitiva non est

[p. 57]

Haebrea’. Si vero propositionum materiam spectemus, dividuntur in simplices, complexas et compositas. Simplex ea est, quae ex simplicibus et incomplexis terminis constat; ideo terminis  
<sup>5</sup> qui unicam tantum rem significant, et unico vocabulo exprimuntur; ut cum dicitur Petrus est homo. Complexa dicitur cujus alteruter vel uterque terminorum est complexus, seu plures ideas complectitur, ut cum dicitur: *homo*  
<sup>10</sup> *qui Deum diligit, legem implet*, subjectum istius propositionis nempe, *homo, qui Deum diligit* est complexum, cum includat in se aliam propositionem, quae incidens vocatur, scilicet, *qui Deum diligit*, cujus propositionis subjectum est relativum  
<sup>15</sup> *qui*. Denique propositio composita ea appellatur, quae ex multiplici subjecto, vel ex multiplici praedicato coalescit; vel multiplex simul habet subjectum, et praedicatum.

<sup>20</sup> **70.** Ratione quantitatis dividitur propositio in universalem, particularem, singularem et indefinitam. Id tamen sciativis vellim, quod nihil aliud est, quam propo-

sitionis universalitas<sup>15</sup>, particularitas, et singularitas<sup>25</sup>, quae ex ipso propositionis subjecto semper desumitur. Igitur propositio universalis est ea, cujus subjectum universaliter sumitur, hoc est, secundum totam suam

[p. 58]

extensionem, quod fit cum ei praefigitur una ex his particula *omnis*, vel *nullus*; ut ‘omnis turca ad Meca semel in vita Peregrinatur’, vel ‘omnis circulus est figura’.<sup>5</sup> Particularis est, cujus subjectum est particulare, vel commune, attamen affectum, seu limitatum his particulis ‘aliquis’, ‘quidam’, et similibus, ut ‘aliquae nationes Romano Episcopo Christianae non obediunt’ vel ‘quidam homo est improbus’. Tandem singularis est, cujus subjectum est singulare, hoc est ad unum tantum determinatum individuum pertinens, ut cum dicitur ‘Vas<sup>15</sup>cus de Gama primus ad Indiam ab Europa attulit’. His accedit propositio indefinita, quae nempe subjectum universalem, sed nulla universalitatis, particularitatis, seu singularitatis nota affectum; ut cum dicitur<sup>20</sup> ‘Christiani Messias agnoscunt’ aliaque similes, non enim dicitur, aut omnes Chris-

<sup>15</sup> En el original *utilitas*.

tiani, aut aliquis Christianus, aut hic Christianus, sed indefinite Christiani.

<sup>25</sup>71. Cum qualitas<sup>16</sup> propositionis sit ejus affirmatio, aut negatio, veritas, et falsitas; hinc propositio ratione qualitatis dividitur in affirmativam, et negativam, veram et falsam. Propo-

[p. 59]

sitio affirmans ea vocatur, quae unum de alio enuntiat, ut 'Petrus est homo'. Negans ea, quae unum ab alio removet, ut 'Deus non est mendax'. Vera, quae quidpiam dicit esse, quod est, aut negat esse quod non est. Falsa demum: quae dicit aliquid esse quod non est, vel negat esse quod est. Alius propositionis divisiones passim apud auctores invenietis.

<sup>10</sup> SECTIO QUARTA: DE OPPOSITIONE  
PROPOSITIONUM  
ATQUE CONVERSIONE

ARTICULUS PRIMUS: DE OPPOSITIONE  
<sup>15</sup> PROPOSITIONUM

<sup>16</sup> En el original *quantitas*.

72. Quae in Logica circa propositionum oppositionem alicujus momenti, atque utilitatis afferrī solent nobis brevissime hanc in articulo examinanda occurrunt, sequenti reservando, ea expendere que circa conversionem utilissime docere solet, itaque oppositio, prout in praesenti, est pugna inter duas propositiones, idem subjectum et praedicatum habentes. Haec igitur pugna esse potest, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum

[p. 60]

utrumque simul. Opponuntur propositiones secundum quantitatem, quando una est universalis, et alia particularis. Secundum qualitatem, seu formam, quando una est vera, et altera falsa, adque etiam quando una est affirmativa, et altera negativa; etenim affirmatio, et negatio possunt in aliquo vero sensu qualitates, seu formae propositionis nuncupari. Opponuntur secundum quantitatem, et qualitatem simul, quando nimirum una est universalis, et alia particularis, una itidem affirmativa, et altera negativa, aut una vera, et altera falsa, semper tamen

debent idem praedicatum habere, et idem subjectum, seu communiter in scholis obtinent: esse debet<sup>20</sup> ejusdem attributi de eodem subjecto.

**73.** Ian ergo oppositatum propositionum 4 sunt species, scilicet contrariae, subcontrariae, subalternae, et contradictoriae.<sup>25</sup> Contrariae sunt quae pugnant secundum qualitatem solam, seu formam, et sunt ambae universales: v.g. ‘omnis homo est philosophus’, ‘nullus homo est philosophus’. Subcontrariae pugnant<sup>30</sup> etiam secundum qualitatem solam,

[p. 61]

et sunt ambae particulares: ut ‘quidam homo est philosophus’, ‘quidam homo non est philosophus’. Subalternae pugnant secundum quantitatem<sup>17</sup> solam,<sup>5</sup> ut ‘homo est philosophus’, ‘quidam homo [non] est philosophus’. Contradictoriae<sup>18</sup> pugnant secundum qualitatem, quam secundum quantitatem, ut ‘omnis homo est philosophus’, ‘quidam homo non est philosophus’.<sup>10</sup> Pro his propositionibus se-

<sup>17</sup> En el original *qualitatem*.

<sup>18</sup> En el original *Contrariae*.

quentes regulas servate.

**74. Regula prima.**

Duae contrariae non possunt esse simul verae, maxime tamen simul falsae:

<sup>15</sup> solum igitur quoad veritatem opponuntur. Regula ista innumeris constat exemplis, unum abducam in ejus confirmationem: ‘omnis christianus Romanum Episcopum esse religionis caput fatetur’, ‘nullus christianus Romanum Episcopum esse religionis caput fatetur’. Utraeque falsa est: una pars utique id fatetur, omnes scilicet christiani Romani, sed altera pars, ut <sup>20</sup> <sup>25</sup> tota Ecclesia graeca, etque omnes latini vulgo dicti protestantes, id negat. Insuper quod propositiones contrariae solum quoad

[p. 62]

veritatem opponantur, ex celebri principio impossibile est idem simul esse, et non esse suadetur, ponet siquidem utramque propositionem abductam esse veram, idem <sup>5</sup> absdubio christianus agnosceret, et simul non agnosceret Romanum Pontificem caput.

**75. Regula secunda.**

Subcontrariae possunt esse simul verae, non

<sup>10</sup> tamen simul falsae solum proinde quoad falsitatem opponuntur. Etenim si subcontrariae possunt esse simul falsae, tunc contrariae possunt esse simul verae. Ponatur enim simul falsae, hae subcontrariae ‘aliquis homo est Philosophus’, ‘aliquis homo non est Philosophus’ v.g. verae erunt earum contradictoriae ‘nullus homo est Philosophus’, ‘omni homo est Philosophus’ atque hae sunt contrariae.

<sup>15</sup> **76.** Regula tertia.

Subalternae possunt esse simul verae, et simul falsae, imo si subalternans fuerit vera, subalternata erit necessario vera, et si subalternans est falsa, <sup>20</sup> subalternata erit falsa saltim ut subalternata est, utpote particularis contenta in universali, siquidem non potest esse particularis falsa, quin universalis sit falsa.

[p. 63]

**77.** Regula quarta.

Contradictoriae neque simul verae, neque simul falsae esse possunt. Id constat ex laudato principio lumine rationis satis noto: impossibile est idem simul esse, et non esse; hoc namque principium esse falsum si duae contradictoriae, aut simul verae, aut simul

falsae esse possent: demus v.g. has duas propositiones: ‘omnis homo est Philosophus’, ‘<sup>10</sup>quis homo non [est] Philosophus’ esse simul veras, ut secunda sit vera opus est, aliquem hominem non esse Philosophum idem tamen homo esse Philosophus, cum id affirmet universalis propositio ‘omnis homo est Philosophus’, quae <sup>15</sup>supponitur vera igitur simili modo probabis, neque simul falsas esse possunt.

ARTICULUS SECUNDUS: DE CONVERSIONE PROPOSITIONUM

**78.** Judiciorum, seu propositionum conversio <sup>15</sup>nihil aliud apud Dialecticos est, quam propositionum inversio, facta per mutationem subjecti in praedicatum, et praedicati in subjectum, servata earum veritate. Hujus itaque leges sunt sequentes.

<sup>20</sup>**79.** Regula 1<sup>a</sup>.

Propositio universalis negativa in alia universale convertitur, sic perindem est dicere: ‘nullus homo est increatus’. ac ‘nullus increatus est homo’.

[p. 64]

Praedicatum namque in propositione universali negativa, sumitur universaliter.

**80.** Regula 2<sup>a</sup>.



Propositio universalis affirmativa conver-  
5 titur solum in peculiarem affirma-  
tivam, in illa enim praedicatum sumi-  
tur particulariter, sic ista ‘omnis anima hu-  
mana habet vim intelligendi’, in hanc  
optime convertitur: ‘aliquis habens vim  
10 intelligenti est anima’

**81.** Regula 3<sup>a</sup>.

Propositio particularis affirmativa in  
aliam particularem affirmativam con-  
vertitur, ratio hujus regulae videtur esse,  
15 quia in his propositionibus pars tantum  
extensionem praedicati affirmatur, atque  
partim extensionem subjecti, prout vici-  
tur in hac propositione: ‘aliquis homo est  
albus’, quae quidem in hac converti-  
20 tur: ‘aliquid album est homo’.

**82.** Scholio.

Duas, aut plures propositiones esse in-  
ter se aequipollentes, inveni-  
unt, atque statuunt. Eo tamen res ap-  
ud eos devenit, ut obscuras alias cla-

[p. 65]

rissime propositionibus constituent, easque  
inter argumentandum adhibeant, ut  
rem caeteroquim clarissimam, atque pla-  
nissimam solis verborum ambagibus

<sup>5</sup> et negationibus, difficilem, atque imperceptibilem reddant, et defendentem in utilibus tricis, quasi araneorum teles implicent, quasi videlicet, suo argumento implexo verborum, fuco<sup>19</sup>, majus pondus<sup>10</sup> adhaereant. Simili agendi ratione (quam numquam sine sthomo audire potui) dum quidam scholastici miserant sibi ingenii gloriam perperam quaerunt a disputationis scopo toto caelo aberrant. Insuper<sup>15</sup> auditores, quos aut amaena, aut profunda eruditione delectare debuisset, aut rei ipsius difficultatem clarissime proponere, spinosa quadam verborum ambage molestissimi, aequae ac inutilissimi sese obs<sup>20</sup> tendunt.

**83.** Nec etiam isti proprie disputant, sed potius inutiliter, atque inurbane tempus ferunt; etenim non veritatem invenire, quod unicum esse disputationis car<sup>25</sup> do, sed eam potius, audientiumque mentes confundere obscuris verbis admittuntur, quod fit ut juvenes, ab hanc studio deterreant, totique sint, ut veritatem non detegant

[p. 66]

sed consulto tenebris offundant. Et sane

<sup>19</sup> Dudoso en el original, tomado de Monteiro, p. 98.

propositiones siquidem, vel clarae in se sunt, et intelligibilis; vel obscurae, et imple-  
 xae, si primum explicatione non indigent;  
<sup>5</sup> si secundum tunc inspecto verborum sensu, auctorisque mente ad pleniorum, et simpliciorum sensum revocandae sunt; ad quod tamen opus non est aequipollentiae vel Logicae regulis, sed communis sufficit sensus, ut quilibet consideranti facile patebit.

LOGICAE PARS TERTIA. DE HUMANA  
 RATIOCINATIONE SIVE DISCURSU

**84.** Post iudicium consideranda nobis occurrat humana ratiocinatio, quamvis haec inter mentis nostrae operationes tertium locum sibi vindicet; nihilo tamen minus ejus utilitas tanta est apud scholasticos, ut haec prae aliis in vulgaribus eorum Logicis accuratius, magna adhibita inutilium rerum farraginem pertractatur. Si eos auctores audias, tertia haec pars, in qua de syllogismo, ejusque regulis fere agunt, utilissimum est totius Logicae caput, atque ut rei totius, medulla existimari debet, ejusque unius gratia omnia alia praemittuntur. Verum quidquid sit de hoc scholasticorum modo opinandi, alia plane est

[p. 67]

recentiorum philosophantium sententia, isti namque fallentur, syllogismos ad id unum inservire, ut veritatem jam alias inventam dilucide tradere, et citra<sup>5</sup> errorem exponere possimus, atque hujus unius rei causa disputandi videlicet, veritatemque probandi utiles esse syllogismos. Utcumque re se habeat, ego existimo, non mediocres labores proventus, ex hac etiam Logicae<sup>10</sup> parte percipi posset. Quapropter sit

SECTIO PRIMA: DE NATURA RATIOCINATIONIS  
EJUSQUE SPECIEBUS

**85.** Ratiocinatio, sive discursus est tertia cogitationis species, quam iudicium aliquod<sup>15</sup> ex pluribus aliis inferitur. In scholis ratiocinatio appellatur discursus, quo mens ratiocinando ab antecedentibus iudiciis, ad consequens concurrere, sive discurrere videatur. Sic ratiocinari dicitur mens, cum<sup>20</sup> inferat animam rationalem ex eo esse immortalem, quia spiritualis substantia ipsa sit, omnisque hujusmodi substantia corruptionis sit expens. Insuper sit ratiocinatio verbis exprimat dicitur argumentatio,<sup>25</sup> quae nihil est aliud, quam oratio ex pluribus iudiciis constans, eaque ratione inter se dispositis, ut unum ex aliis inferatur. Unde sicut ratioci-

[p. 68]

natio judicia plura, seu propositiones complectitur, ita argumentatio.

**86.** In ratiocinatione, seu argumentatione tria consideranda veniunt, <sup>5</sup> scilicet antecedens, consequens, et consequentia. *Antecedens est id quo aliud infertur;* ac duo saltim judicia includit, sive ea expressa sint, duabus propositionibus, sive alterum eorum sit tacitum. *Consequens* <sup>10</sup> *est id, quod ex alio deducitur:* sive est iudicium quod ex antecedenti consequitur, et vocari solet conclusio. Consequentia demum, sive illatio, est ipsa consequentis ex antecedente consequutio vel <sup>15</sup> *consequutio consequentis cum antecedenti;* sic in hoc discursu:  
 ‘Omnis substantia spiritualis est immortalis  
 Atqui anima rationalis est substantia spiritualis  
 Ergo anima rationalis est immortalis’

<sup>20</sup> **87.** Antecedens sunt duo priora judicia, seu propositiones, consequens ex illis duabus iudicium illatum. Hinc optima semper erit ratiocinatio, si consequens ex antecedenti ita sequatur, ut hoc <sup>25</sup> sit veluti illius causa. Nota tamen, quod consequentia bona esse potest etiam si consequens sit falsum, et mala quamvis consequens sit verum.

[p. 69]

**88.** Septem vulgo numeratur argumentationis species, videlicet, Entymema, Syllogismus, Exemplum, Inductio, Sorites, Dilema, Epicherema. Entymema est syllogismus truncatus, et imperfectus, in quo ex una tantum praemissa inferitur: ut ‘Petrus est homo, ergo est animal’.

**89.** Syllogismus definitur a Philosopho Lib. I Principiorum Analyticorum, cap. 1, oratio in qua quibusdam positis, aliud quidam diversum ab his, quae posita sunt necessario sequitur, ex eo quod haec sint: id est oratio in qua quibusdam propositionibus: majore scilicet, et minore positis, alia quaedam propositio, scilicet conclusio diversa ab illis sequitur, ex eo quod verae sint illae duae propositiones, major nimirum, et minor, quae praemissae vocantur, eo quod in syllogismo conclusioni praemittantur, v.g.:  
‘Omnis homo rationalis est  
Sed Petrus est homo  
Ergo Petrus est rationalis’

**90.** Exemplum est argumentatio, qua ex uno singulari aliud singulare propter similitudinem colligitur. Haec argumentationis species, utpote

[p. 70]

probabiliter tantum concludens,  
est error subjecta, idcirco ad oratores  
potius, quam ad Logicos pertinet.

**91.** Inductio est argumentatio,  
<sup>5</sup> qua ex particularibus rite enume-  
ratis propositio universalis infertur,  
ut cum rex eo quod Petrus sentiat, Paulus  
sentiat, atque ita de caeteris; hominem  
vi sentiendi donatum esse colligimus,  
<sup>10</sup> atque demonstramus. Frequens hujus  
argumentationis usus est in rebus Phy-  
sicis, cum rerum sensibilibus natura per  
experimenta, seu ab inductione poti-  
ssimum nobis innotescat. Hinc patet,  
<sup>15</sup> quam facile sit, nos simili argumen-  
ti genere errare, ac decipi, nulla  
quippe est inductio, si vel in par-  
ticularibus numerandis, una prae-  
mittantur, vel quod de particularibus  
<sup>20</sup> dicitur illis, aut necessario conveniat.  
Etenim, verum necessario de toto id  
esse potest inquit vir clarissimus Jo-  
annes Clericus parte 4 Logicae capitulum  
7, numero 11, quod ex partium enumeratio-  
<sup>25</sup>ne concluditur, si de omnibus partibus ne-  
cessario verum non sit.

**92.** Sorites est argumentatio com-  
posita ex continua serie propositio-

[p. 71]

num, ita inter se connexarum, ut  
semper praedicatum praecedentis pro-  
positionis fiat subjectum consequ-  
entis, donec per hanc ipsam connexio-  
nem praedicatum ultimae propositio-  
nis tribuatur subjecto primae pro-  
positionis. Tale est praeclarum illud Sene-  
cae Epistola 86

Qui prudens est, et temperative,

<sup>10</sup> Qui temperatus est, et constans

Qui constans, et imperturbatus est

Qui imperturbatus et sine tristitia est

Qui sine tristitia est, beatus est

Ergo prudens beatus est, et prudentia

<sup>15</sup> ad beatam vitam satis est.

**93.** Dilemma, quod plerique cornutio argumen-  
tum vocant, est argumentatio in qua  
propositio disjunctiva ita adversario pro-  
ponitur, ut quaecumque demum pars  
<sup>20</sup> ab eodem negata, vel con cessa fuerit,  
semper contra ipsum concludendum, ut:

‘Vel ille studuit, vel non studuit

Si studuit hebes est, quia nil profesit

Si non studuit ignarus est, quia vir-

<sup>25</sup>tus non nisi studio acquiritur’

**94.** “Epicherema definiri communiter  
solet: syllogismus cujus alterutri,  
vel utrique praemissarum sua



[p. 72]

probatio adjungitur ut  
‘Omne quod cogitat existit, fieri enim  
non potest, ut quod non existit cogitet  
Atqui ego cogito, nam percipio,  
<sup>5</sup> judico, dubito, volo, etc.  
Ergo existo”.

SECTIO SECUNDA: DE NATURA, MATERIA  
ET FORMA SYLLOGISMI

**95.** Syllogismus vel  
<sup>5</sup> simplex est, vel compositus. Simplex, qui  
categoricus vocari etiam solet, est ille,  
qui duos simplices terminos, et medi-  
um unicum complectitur, atque adeo ex  
tribus simplicibus propositionibus qua-  
<sup>10</sup>lescit, ut  
‘Omnis homo est animal  
Sed Petrus est homo  
Ergo Petrus est animal’

**96.** Compositus autem is est, cujus una prae-  
<sup>15</sup>missarum est propositio composita, et  
quidem sic in eo distributa, ut una  
illius pars assumatur in minore, et  
in conclusione ducatur: v.g.  
‘Si Mundus providentia regitur  
<sup>20</sup> simultaque consilio datur Deus  
Sed Mundus regitur providentia, et  
consilio:

Ergo datur Deus'

**97.** In syllogismo simplici duo quam maxime consideranda sunt, materia scilicet

[p.73]

et forma. Materia syllogismi est id, ex quo syllogismus componitur, eaque duplex est; una remota, videlicet termini, altera proxima, nimirum propositiones. Termini sunt 3: videlicet major, minor et medius; sive ut scholastici loqui amant: majus extremum, minus extremum et medium verbum. Majus extremum est praedicatum conclusionis directae, id<sup>10</sup> est conclusionis in qua naturalis ordo terminorum servatur; ideo tamen majus extremum appellatur, quia aut plurimum major est, et universali minori extremo. Subjectum vero conclusionis<sup>15</sup> similiter directae vocant Logici minus extensum. Porro medium est vinculum majoris, et minoris extremi.

**98.** Propositiones syllogismi sunt quoque tres, harum duae priores major scilicet<sup>20</sup>, et minor praemissae dicuntur; tertia conclusio nuncupatur. Major propositio ea est, quae constat majori extremo, et medio; minor ex minori ex

tremo, et medio componitur, conclu-  
<sup>25</sup>sio denique ex majori et minori extre-  
mo resultat. Res tota sequenti exem-  
plo demonstratur  
'Omne animal est vivens

[p. 74]

Sed omnis homo est animal  
Ergo omnis homo est vivens'  
ubi homo est minus extremum, vivens est  
majus extremum; animal est medius. In-  
<sup>5</sup>super prima propositio appositi syllogismi  
dicitur major, secunda minor, tertia conclusio.

**99.** Forma syllogismi est artificiosa ma-  
teriae dispositio, eaque est duplex, nempe  
vel materiae remotae, et dicitur figura,  
<sup>10</sup>vel materiae proximae, et modus nomi-  
natur. Figura est dispositio medii termi-  
ni cum extremis praemissi, modus est ap-  
ta praemissarum secundum quanti-  
tatem et qualitatem ad concludendum  
<sup>15</sup>dispositio; hoc est secundum universa-  
litatem et particularitatem, af-  
firmationem et negationem.  
Explicata breviter syllogismi sim-  
plicis natura, materia, atque for-  
<sup>20</sup>ma ad quos figuras et modus  
opus est, ad nostrum sermonem con-  
vertamus.

ARTICULUS PRIMUS: DE SYLLOGISMORUM  
SIMPLICIUM REGULIS

<sup>25</sup> **100.** Syllogismi simplices, vel conclusionem habent affirmativam, unumque extremum cum alio conjugunt, vel ne-

[p. 75]

gativam, unumque extremum ab alio removent, quae ut rectae, legitimae ac verae sint, quasdam leges seu regulas observari oportet, quoque innituntur et <sup>5</sup> secundum quam syllogismi instituenti sunt.

**101.** Regula prima.

In syllogismo non debent esse nisi tres termini, quia syllogismus est probatio, sive <sup>10</sup> affirmans, sive negans unius de alio, per aliud, nempe majoris extremi de minore extremo per medium; omnis quippe ars syllogistica saltem quoad syllogismos affirmantes <sup>15</sup> hoc principio innititur: quae sunt eadem uni tertio sunt idem inter se, adeo ut si majus et minus extremum sint quid idem ac medium, ea pariter sint idem inter se.

<sup>20</sup> **102.** Regula secunda.

Termini, seu extrema non sumantur generalius in conclusione, quam in praemissis, quandoquidem a particulari ab universali non est legitima<sup>25</sup> consequentia.

**103. Regula tertia.**

Medius terminus numquam ingreditur conclusione, nam iste unice sumitur ad probandam, vel repugnan-

[p. 76]

tiam majoris vel minoris extremi, ex quo conclusio resultat, proindeque nequit in ea reperiri.

**104. Regula quarta.**

<sup>5</sup> Medius terminus ad minus semel universaliter seu distributive sumatur, hoc est secundum totam suam extensionem, et quatenus omnibus suis<sup>10</sup> inferioribus simul in plurali numero, et singulis, seorsim ac distributive spectatis in singulari numero convenit. Sim enim bis particulariter sumeretur, non possent duo extrema<sup>15</sup> simul conjungere; siquidem non unus foret idemque terminus, sed alius, et aliud. Propter hanc rationem vitiosus his syllogismus:

‘Quidam homo est sanctus  
<sup>20</sup> Quidam homo est fur  
Ergo quidam fur est sanctus’  
Siquidem medius terminus in majo-  
ri, et minori sumitur particulariter,  
nec proinde pro uno, eodemque homine,  
<sup>25</sup> sed pro diverso accipitur.

**105.** Regula quinta.

Alterutra praemissarum debet esse  
universalis, aut certe singularis,  
nam ex duabus propositionibus par-  
<sup>30</sup>ticularibus nihil concluditur; exem-

[p. 77]

plum sit  
‘Aliquis Lusitanus globum circumnavigavit  
Aliquis, qui globum circumnavigavit est Anglus  
Ergo aliquis Lusitanus est Anglus’  
<sup>5</sup> Cum enim medius terminus ‘cir-  
cumnavigatur’ in praemissis parti-  
culariter assumatur pro diversis in-  
dividuis in communi sensu usurpatur.

**106.** Regula sexta.

<sup>10</sup> Alterutra ex praemissi debet esse af-  
firmativa, quia ex duabus negati-  
vis, nihil sequitur. In praemissis qui-  
ppe negantibus extrema separantur  
a medio. Quod autem duo a tertio sejun-

<sup>15</sup>ta sint, non sequitur ea inter se vel conjuncta esse, vel sejuncta: quaemadmodum ex eo, quod duo non sunt tertio aequalia, concludi non potest, ea esse inter se aequalia vel inaequalia. Unde fit ut ex duabus <sup>20</sup> negantibus, nec affirmans, neque negans deduci possit conclusio

**107.** Regula septima.

Conclusio sequitur debiliorem partem, id est, ut conclusio sit negans, si alteru-

[p. 78]

tra ex praemissis sit negans; item ut sit particularis, si alterutra ex praemissis fuerit particularis. Ratio est, quia extrema, nec generalius, nec artius conjuncti debent in conclusione, quam fuerint in praemissis cum medio connexa.

**108.** Regula octava.

Ex praemissis affirmativis, non potest sequi nisi conclusio affirmativa, et vicissim. Ex eo enim, quod extrema seorsim sint idem cum tertio, quod in praemissis affirmatur id unum, et necessario infertur esse idem inter se; hoc autem est conclusionem esse affirmativum: unumque <sup>15</sup> extremum, de alio affirmatur in conclusionem, quia utrumque in praemi-

ssis cum medio termino fuit seorsim  
conjunctum: quod idem est, ac utramque prae-  
missarum esse affirmativam.

<sup>20</sup> ARTICULUS SECUNDUM: DE SINGULIS SYLLOGIS-  
MORUM SIMPLICIUM FIGURIS

**109.** Iam explicandae sunt seorsim regulae sy-  
llogismorum simplicium figurae et  
subjicienda singulorum modorum exem-  
<sup>25</sup>pla; sed prius sciatis vellim cum commu-  
ni tres tantum esse figuras syllogisticas:  
quatenus tripliciter tantum possunt

[p. 79]

extrema cum medio in praemissis disponi, ita  
ut recta conclusio possit inferri. Aut enim  
medius terminus est in una praemissa prae-  
dicatum, et in alia subjectum, aut in  
<sup>5</sup> utraque praedicatum, vel in utraque sub-  
jectum. Primum dicitur prima figura,  
secundum, secunda, tertium tertia, jux-  
ta illud:

Sub, prae, prima. Sed altera bis prae.

<sup>10</sup>Tertia bis sub.

Hanc diversam triplicis figurae dispo-  
sitionem exhibent exempla sequentia:

Prima Omnia flumina sunt ab aqua pluviae

Magnus Para est flumen

<sup>15</sup>Ergo Magnus Para est ab aqua pluviae



Secunda      Omnia animantia fiunt ex semine  
Nulli lapides fiunt ex semine  
Ergo nulli lapides sunt animantia  
Tertia      Nullus cometa est semper visibilis  
<sup>20</sup>Omnis cometa est verus Planeta  
Ergo aliquis verus Planeta non est semper  
visibilis

**110.** Galenus, quem aliqui sequuntur, quarta excogitavit figuram in qua me-  
<sup>25</sup>dus terminus est praedicatus in majori, et subjectum in minori. Sed haec figura in nullo praetio est apud recentiores, et jure quidem; est enim mera primae inversio, qua-

[p. 80]

tenus nempe major propositio in hac figura secundo loco ponitur, et minor primo; ex quo fit propterea, ut non nisi violenter concludat.

<sup>5</sup> **111. De figura prima.**

Duae sunt regulae primae figurae. Primae est ut major sit universalis, quia si foret particularis medium, quod est illius subjectum, foret tantum particulare, cumque <sup>10</sup> sit attributum minoris, quae debet esse affirmans, in ea quoque particulare foret: adeoque bis particulariter sumeretur, contra quartam regulam generalem.

**112.** Secunda regula est, ut minor sit  
<sup>15</sup> affirmativa. Quia si foret negans, con-  
clusio quoque deberet esse negans, cum sequi  
debeat debiliorem partem, et major debe-  
ret esse affirmans, quoniam ex duabus nega-  
tivis nihil concluditur; quare attributum  
<sup>20</sup> conclusionis utpote negantis sumeretur  
universaliter, cum tamen particulare  
foret in majori, quae esset affirmans, quod  
etiam est contra secundam regulam gene-  
ralem. Ambae istae regulae hoc versiculo  
<sup>25</sup> continentur  
Sit minor affirmans, major vero generalis  
Modi in hac figura sunt tantum quatu-

[p. 81]

or, iste artificialibus vocibus expressi: Bar-  
bara, Celarem, Darii, Ferio, quae ut inte-  
lligantur, aliud opus non est quam animad-  
vertere, quae propositionum quantitas,  
<sup>5</sup> et qualitas litteris A, E, I, O significetur.  
Videlicet A universalem, vel singularem  
affirmantem, E universalem vel singularem  
negantem; I particularem afirman-  
tem; O particularem negantem, signi-  
<sup>10</sup>ficant. Quo praetermisso majoris cla-  
ritatis gratia: in omnes colligendi modi  
in prima figura

Bar - A	Omne animal est mortale
ba - A	Omnis equus est animal
<sup>15</sup> ra - A	Ergo omnis equus est mortalis
Da - A	Omnis Rex jus gubernandi habet a natione
ri - I	Aliquis a populo electus est Rex
i - I	Ergo aliquis a populo electus jus gubernandi habet a natione
Ce - E	Nullum creatum est infinitum
<sup>20</sup> la - A	Omnis angelus est creatus
rem - E	Ergo nullus Angelus est infinitus
Fe - E	Nullum turpe est expectandum
ri - I <sup>20</sup>	Aliquod lucrum est turpe
o - O	Ergo aliquod lucrum non est expectandum

[p. 82]

**113.** Ex his liquet hanc figuram duplici principio inniti, scilicet *dici de omni*, et *dici de nullo*. Primum ad modos affirmantes pertinet, et hoc modo affertur: quidquid<sup>5</sup> dicitur de aliquo subjecto secundum totam suam extensionem spectato, dicitur etiam de omni eo, quod sub illo subjecto continetur, vel brevius, quidquid dicitur de superiori, dicitur de inferiori: quapropter<sup>10</sup> si majus extremum dicatur de medio, dici quoque debet de minori extremo. Sic

<sup>20</sup> En el original *E*.

nequit animal dici de homine quin pariter dicatur de Petro, qui sub homine continetur. Secundum vero spectat<sup>15</sup> modos negativos nempe: quod repugnat superiori, repugnat inferiori, v.g. si repugnat animal non posse progredi, repugnat et homine.

**114. De secunda figura.**

<sup>20</sup> Ut syllogismi in hac figura colligant secundum hanc duplicem regulam institui debent. Prima praemissarum una debet esse negativa: quia cum medium in utraque sit attributum, si am-<sup>25</sup>bae forent affirmativae, bis particulariter sumeretur contra quartam

[p. 83]

regulam generalem.

**115.** Secunda: major debet semper esse universalis, nam si particularis foret, majus extremus, quod est illius sub-<sup>5</sup>jectum, particulariter tantum in ea acciperetur, cum tamen universaliter sumatur in conclusione negante, cujus est attributum, quod absurdum foret, et contra secundam regulam generalem. Id<sup>10</sup> ergo ex duplici hac regula plane conficitur, quatuor etiam esse colligendi mo-

dos in hac secunda figura hisce artificialibus vocibus consignatos: Cesare, Ca-  
mestres, Festino, Baroco; exempla sint:

<sup>15</sup> Ce - E	Nullae machinae automatae respirant
sa - A	Omnes pisces respirant
re - E	Ergo nulli pisces sunt machinae automatae

Fes- E	Nullum peccatum est licitum
ti - I	Sed aliqua oblectatio est licita
<sup>20</sup> no - O	Ergo aliqua oblectatio non est peccatum

Ca - A	Omnis materia lucis transit per vacuum
mes- E	Nullus sonus transit per vacuum
tres - E	Ergo nullus sonus est materia lucis

Ba - A	Omnis virtus est prudens
<sup>25</sup> ro - O	Aliquis rebus non est prudens
co - O	Ergo aliquis rebus non est virtus

**116.** Unico fere principio sufful-

[p. 84]

ta est haec figura, videlicet: duo non sunt quid idem cum uni aliquid convenit, quod alteri repugnat. Videas Artem cogitandi; tertia parte cap. 6.

<sup>5</sup> **117. De tertia figura.**

Prima hujus figura syllogismorum regula est ut “minor debeat esse semper afirma-

tiva”, non secus ac in prima figura, et propter eandem rationem. At prima hac<sup>10</sup> regula consequitur alia, nimirum quod conclusio semper sit particularis; si enim esset universalis, minus extremum, illius subjectum, totam haberet amplitudinem, non vero in minori affirmativa, in qua esset<sup>15</sup> praedicatum: ac proinde a particulari ad universalem argumentaretur; sicque ex vero deduci possit falsum. Unde versiculus pro hac figura:

Sit minor affirmans, conclusio particularis

<sup>20</sup> **118.** Sex igitur in illa sunt colligendi modi his vocibus artificialibus designati: Darapti, Felapton, Disamis, Datici, Bocardo, Ferison, quorum omnium exempla subjicio.

Da - A	Omne misterium est obscurum
<sup>25</sup> rap - A	Omne misterium est certum
ti - I	Ergo aliquid certum est obscurum

[p. 85]

Fe - E	Nullum violentum est durabile
lap - A	Omne violentum est praeter naturam
ton - O	Ergo aliquid praeter naturam non est durabile

Di - I	Aliquod bonum est gratia supernaturalis
<sup>5</sup> sa - A	Omne bonum est a Deo
mis - I	Ergo, aliquid a Deo est gratia supernaturalis

Da	- A	Omnes fontes sunt ab aqua pluviae
ti	- I	Aliqui fontes habet fluxum et refluxum
ci	- I	Ergo aliquid habens fluxum et refluxum est ab aqua pluviae

<sup>10</sup> Simili modo proportione servata in vocibus Bocardo, et Ferison syllogismos efformatis.

**119.** Duo sunt principia quod hujusce tertiae figurae modi innituntur: quorum primum ad modos

<sup>15</sup> affirmantes pertinet nempe: si duo attributa, et idem subjecto conveniant, inter se quoque aliquando conveniunt: v.g. si omne misterium est obscurum, et certum, aliquid certum aliquando est obscurum. Secundum ad modos ne-  
<sup>20</sup>gantes refertur: videlicet, si ex duobus attributis unum alicui subjecto conveniat, cui non convenit alterum, ista attributa aliquando inter se non conveniunt: v.g. si nulli violento conveniat esse durable, et omni vio-  
<sup>25</sup>lento conveniat esse praeter naturam, fieri absdubio potest, ut aliquid, quod est praeter

[p. 86]

naturam non sit durable.

**120. Corollarium.**

Ex hucusque expositis, plane ad evidentiam constat, primam figuram esse omnium perfectissima: siquidem in secunda fi-

gura conclusio semper est negativa  
et in tertia semper particularis; contra  
vero contingit in prima figura proposi-  
tiones cujus vis generis colliguntur nempe  
<sup>10</sup>universalis affirmativa et universalis negati-  
va, particularis affirmativa, et parti-  
cularis negativa.

**121. ARTICULUS TERTIUS:**

MULTIPLEX DIVISIO SYLLOGISMI COMPOSITI BRE-  
<sup>15</sup>VITER AFFERTUR Quid sit syllogismus com-  
positus superiori loco jam vidimus, res-  
tat modo, ut quintuplex ille sit brevita-  
te possibile explicemur. Dividitur itaque  
syllogismus compositus in conditio-  
<sup>20</sup>nalem copulativam et disjunctivam,  
de quo agere non hujus loci. Ast in-  
ter varias illius divisiones satis celebris  
est ea, qua in Demonstrativum, Topicum  
et Sophisticum distribuitur.

<sup>25</sup>**122.** Syllogismus demonstrativus  
ille dicitur, qui componitur ex propositio-  
nibus necessario veris, id est vel per se eviden-

[p.87]

tibus, vel per alias propositiones jam pro-  
batas, ex quo necessario vera conclusio infertur.  
Unde praemissae demonstrativae argumentatio-  
nis debent esse, vel axiomata, vel definitiones,



<sup>5</sup> vel propositiones ex per se notis principiis jam evidentiter deductae, vel experimenta adeo clara, ut nulla prorsus de illorum veritate ingeri nobis jure possit aliqua dubitatio. Advertendum etiam ad perfectam<sup>10</sup> rei ostensionem multoties unum dumtaxat syllogismum requirit multoties plures ea tamen lege simul connexas, ut priores conclusio in eos, qui proxime sequitur, praemissae locum teneat,<sup>15</sup> non enim veritas cujus vis propositionis ex per se notis principiis immediate derivari semper potest, unoque syllogismo ostendi.

**123.** Duplex insuper est praesentis demonstrationis<sup>20</sup> species: altera a priori, qua effectus demonstratur per causas; altera a posteriori, qua causam per effectum demonstratur. Sicut Lunae Eclipsis probatur ex eo, quod telluris globus inter Solem<sup>25</sup> ipsamque Lunam directe jaceat, dicitur demonstratio a priori, quatenus Lunae obtenebratio, quae est effectus, est direc-

[p. 88]

ta telluris Solem inter et Lunam oppositione, situque immediate provenit. E converso cum animam humanam, ex eo quod cogitet, spiritualem esse evidentissimus, demons-

<sup>5</sup>tratio a posteriori nuncupatur,  
quia videlicet prius per posterius os-  
tenditur. Ad hanc postremam demons-  
trationis speciem revocari etiam so-  
let, quae Apagogia, sive per absurdum et  
<sup>10</sup> impossibile vulgo in scholis appellatur,  
per quam scilicet res probatur esse, per  
aliquod absurdum, seu impossibile, quod seque-  
retur, si res non esset, vel aliter se haberet.

**124.** Syllogismus Topicus, sive Dia-  
<sup>15</sup>lecticus dicitur ille, cujus utraque vel al-  
terutra praemissarum non est nisi probabi-  
liter vera; haec proinde demonstratio-  
nis species non scientiam, sed opinio-  
nem parit; cognitionem nimirum  
<sup>20</sup> non adeo claram, atque perspicuam, ut dubi-  
tare nequeat mens natura, verum ne sit,  
quod illius ope ab ea cognoscitur. Est opinio  
Stoicorum sententia apud Tullium  
Libri Quaestionum Tusculanum capitulum 7 imbecilla assen-  
<sup>25</sup>sio, nempe assensio cum metu ad verae par-  
tis conjuncta.

**125.** Tandem syllogismus so-  
phisticus est syllogismus constans ex

[p. 89]

falsis propositionibus, sed apparenter  
veris, et errorem pariens, qui si demons-

trationem mentiatur. Paralogismus nominari consuevit: quamquam<sup>5</sup> omnis falsa ratiocinatio, quaecumque sit, sive syllogismus, sive sorites, etc. Si demonstrationis species quempiam decipiat paralogismus etiam appellatur.

<sup>10</sup> ARTICULUS ULTIMUS: DE SOPHISMATIBUS SEU FALSIS RATIONATIONIBUS

**126.** Regulas hactenus tradidi, quantum angustia temporis permittit, quo omnes bonorum<sup>15</sup> ratiocinationum species intra scholas usitate diriguntur, verum quoniam, si ab his parumper deflectamus, in errores incidimus, et vitiosas ratiocinationes conficimus, quae communiter<sup>20</sup> dicuntur sophismata, sive ratiocinationum fallacies, propterea praecipua saltem sophismatum capita praesertim articulo expendam, ut non modo, quae tenenda, sed etiam quae vitanda sunt<sup>25</sup> bis constet. Sophismata Logica ad aliquid capita reduci solet. Primum est petitio prin-

[p. 90]

cipii, cum nempe ad quaestionem probandam; ipsamet quaestio assumitur, aut probata

supponitur, v.g. si quis probare velit in esse lapidi principium intrinsecum, quod in terram feratur, quia nullo impellente in eam decedit certe peteret principium; nam id ipsum est quod quaeritur: an impellatur ab aliquo, necne.

**127.** Secundum dicitur ignoratio elenchi,<sup>10</sup> videlicet aliud probare, quam quod est in quaestione; hoc frequentissimum est in disputationibus, illud enim contra adversarium probare callide innitimur, quod ille non negavit, ita ut, quod re vera negatur nobis ab eo non est<sup>15</sup> evincere videamus, idque inde potissimum oritur, quod res de qua agitur non bene perspecta sit nec uno modo accipiatur.

**128.** Tertium est a non causa probare causa: cum nempe id causae loco affer<sup>20</sup>tur, quod re vera causa non est, v.g. cum certi planetarum aspectus dicuntur causa sterilitatis, pestilentiae aut aliarum calamitatum, quae in genus humanum ingruunt; sic enim ratiocinari<sup>25</sup> solent homines: post hoc, ergo propter hoc.

**129.** Quartum committitur ab

[p. 91]

imperfecta enumeratione: ut si quis dicat Tycius capite dammatum est, vel sua culpa, vel pravitate iudicum, imper-

fecta absdubio est enumeratio: nam id etiam  
<sup>5</sup> falso vel invicto improvidorum hominum  
scripto, seu testimonio, aut aliis modis  
potest contingere.

**130.** Quintum est fallacia seu  
sophisma accidentis: scilicet cum alicui  
<sup>10</sup> rei simpliciter, et absolute tribuitur, quod  
ipsi tantum per accidens convenit;  
ut si quis artem medicam criminare  
velit, eo quod aliquando imperite executioni  
mandata, quibusdam nocuerit.

<sup>15</sup> **131.** Sextum est sophisma compositio-  
nis et divisionis. Peccaret primo modo,  
qui visionem caecitatemque simul in  
eodem subiecto ex eo componi possit contem-  
deret, quod ex Evangelio constet, caecos plu-  
<sup>20</sup>rimus Christi jussu vidisse. Peccaret vero  
secundo modo, qui opinaretur nulla po-  
tentia posset fieri, ut caecus videat prop-  
terea nimirum, quod caecitas et visio in  
eodem subjecto sibi mutuo adversari vide-  
<sup>25</sup>antur, quamvis enim aperte constet plu-  
rimus caecos miraculose jussu Christi vi-

[p. 92]

sionem obtinuisse, falsum penitus est  
videndi, facultate illos fuisse donatos,  
quin caecitatis vitium dependerent.

**132.** Septimum est a dicto simpliciter  
<sup>5</sup> ad dictum secundum quid, aut econtra;  
in hoc sophismate pueriliter cade-  
ris si ita argumentaveris: ‘Deus non est id  
quod homines sumus, sumus nos ratione prae-  
diti; igitur ratione praeditus non est Deus’

<sup>10</sup> **133.** Octavum est translatio a ge-  
neri in genus, ut si ad ea, quae naturalia  
sunt probanda misterium aliquod adhiberes,  
aut vicissim. Similiter cum Mathema-  
ticis a statu ideali et mathematico  
<sup>15</sup> ad realem, et physicum transeunt.

**134.** Solvuntur vero sophisma-  
ta, primo cum fallacia. Detegitur idem  
cum explicatur sermonis ambiguitas,  
multiplesve sensus distinguitur. Se-  
<sup>20</sup> cundo cum sophisma irriditur, et conten-  
ditur. Tertio cum quaestio alio. Detorque-  
tur et adversarius ad novam quaestio-  
nem pertractandam ex occasione ab-  
ducitur. Sed prima dumtaxat solvens  
<sup>25</sup> sophismatis ratio, vero sapienti convenit

[p. 93]

nec posterioribus pervicacia vinci  
nisi raro, et cum aliter sophiste pervi-  
cacia vinci non potest, utendum sed de re-

bus nullius momenti satis: haec enim teste Monteiro, Logicae parte 3, ejusmodi sunt quae potius non ignorare, quamvis re oporteat.

LOGICAE PARS QUARTA. DE METHODO

SECTIO PRIMA:

<sup>10</sup> QUID SIT METHODO GENERATIM TRADITUR

**135.** Explicatis jam tribus mentis operationibus, videlicet perceptione, iudicio, atque discursu, ultima nobis explicanda occurrit, quae in cognitio-<sup>15</sup>num ordine consistit, sive ut discamus proprio Marte, et indagemus, id quod latet, sive, ut alios doceamus, quod jam nobis fuit detectum. Igitur methodus juxta nominis ety-<sup>20</sup>mologiam brevis et expedita via; ab hac autem significatione vox methodus translata est: quaemadmodum enim

[p. 94]

via brevis, et expedita citius, futiusque<sup>21</sup> nos duxit, quo tendimus, sic rectus in disciplinis discendis ordo efficit, ut eas

<sup>21</sup> Así en el original, no hace sentido.

facilius, feliciusque consequamur. Hinc methodus prout in praesenti “est via, et ratio inquirendi veri, quod adhuc latet, et illius explicandi, quod jam inventum est, vel est peculiaris ille ordo, quo nostras ideas, judicia, ratiocinationes, ad veritatem, aut inveniendam, aut docendam disponimus”. Hinc etiam duplex est methodus: altera analytica seu resolutionis, et inventionis, altera synthetica, seu compositionis vel doctrinae. Praesenti sectione unice de methodo analytica agemus; posteriori vero de synthetica. Quapropter sit

ARTICULUS PRIMUS: DE  
METHODO ANALYTICA

**136.** Methodus analytica ea dicitur, qua posita quaestio minutatim, ac veluti per partes excussa resolvitur; v.g. si proponatur solvenda haec quaestio: an anima humana [p. 95]

sit immortalis, primo inquirendum quid sibi velint termini, et qualis sit status quaestionis; secundo exponendum quid sit mens humana, et statim deprehendemus, eam esse substantiam cogitationis participans;



tertio demum examinandum, utrum in idea corporis contineatur cogitatio, et videbimus non continens: unde <sup>10</sup> legitime inferremus mentem non esse corpoream, seu ex partibus compositam; nec proinde pendere a corpore ut sic; nec instar corporum corrumpi, sed esse natura sua incorruptibilem <sup>15</sup> semperque viventem, seu cogitantem, et consequenter immortalem. Hic vides praefactum discursum, non ab axiomatibus, seu theorematicis universalibus esse incertum, uti <sup>20</sup> in synthetica methodo fieri solet, sed ex notione cognitionis, seu rei cogitantis, ad universaliores notiones fuisse progressum, qualia sunt animam nostram a corpore distingui; et <sup>25</sup> consequenter separatam persis-

[96]

tere, esseque natura sua incorruptibilem, semper viventem et immortalem.

**137.** Pro methodo analytica speciales leges tradi solent. Unde considerandum est primo, ut status, seu sensus quaestionis accuratae, et distincte percipiatur, rejectis omnibus, quae ad rem non pertinent conditionibus.

Secundo singulas quaestionis partes<sup>10</sup> aut conditiones, ita sunt inspiciendum, et inter se singillatim conferendae, ut omnes ipsius habitus, et relationes nobis ignotescant. Tertio a speciali examine ejus, quod in quaestio-<sup>15</sup>ne notum est ad id, quod ignotum est pedetentim progredi oportet; etenim in omni quaestione quaedam sunt cognita, quaedam vero ignota sunt ex quibusdam signis, aut conditio-<sup>20</sup>nibus sunt detegenda. Quarto denique sia nobis ad ignota pedetentim procedendo, tandem ad aliquid notissimum perveniatur, in quo quaestionis solutio pendeat, in eo<sup>25</sup> erit sistendum, et altera methodo, quae

[97]

Synthetica dicitur ad illius expositionem erit utendum.

ARTICULUS SECUNDUS:  
DE METHODO SYNTHETICA<sup>5</sup>

**138.** Synthetica Methodus ea nuncupatur, per quam veritas inventa congruo modo, et ordine ab iis exponitur. Hujusmodi autem

<sup>10</sup> methodus derivata est a Graeco vocabulo  
Synthesis, quod latino compositionem  
refert; quia in quavis tradenda doctri-  
na, quamvis componendo incendum  
est, videlicet a simplicioribus univer-  
<sup>15</sup>salioribus; scituque facilioribus, ad mi-  
nus simplicia, composita, particu-  
laria atque difficiliora scitu, pau-  
latim est descendendum. Verum, ut Syn-  
thetica methodus tota absolvatur  
<sup>20</sup> octo servandi sunt regulae, quarum  
prima et secunda definitioni-  
bus conveniunt; tertia et quarta

[p. 98]

axiomatibus; quinta et sexta argu-  
mentationis sunt propriae, septima et  
octava ad methodum ipsa referun-  
tur.

<sup>5</sup> **139.** Regulae definitionum.

“Prima: ut nullus terminos relin-  
quatur obscuros, aut ambiguos, sed  
quilibet definiatur.

“Secunda: ut termini, qui in defini-  
<sup>10</sup>tione adhibentur, sint omnibus noti,  
et prius explicati”.

**140.** Regulae axiomatum:

“Tertia: ut nullum adhibeatur axio-

ma, quod non sit evidentissimum”.

<sup>15</sup>“Quarta, ut illud verum esse habeatur, quod mediocri attentione sensuum esse agnoscitur”. Advertite hic axioma vel effatum seu pronuntiatum, a philosophis vocari propositionem aliam <sup>20</sup>quam, cuilibet attendenti manifestam: v. g. impossibile est idem simul esse et non esse; totum est majus sua parte, etc.

[p. 99]

**141.** Regulae demonstrationum.

“Quinta, ut omnes propositiones, quae aliquid obscuritatis involunt, accurate probentur ope definitionum, <sup>5</sup> quae praecesserunt, aut axiomatum, quae concessa sunt, aut propositionum, quae jam apte fuerunt demonstratae”. “Sexta, nequis ambiguitatem terminorum abutatur, sed definitionibus <sup>10</sup> per quas explicantur semper inhaereat”.

**143.** Regulae methodi.

“Septima, ut res quantum per potest ordine naturali pertractentur, <sup>15</sup> sumpto semper a generalioribus, et simplicioribus exordio, et exposita prius generis natura,

antequam ad singulas species descendatur”.

<sup>20</sup> **144.** “Octava, ut unumquodque genus in suas species, qualibet totum in suas partes, et quaevis difficultas in omnes suos casus

[p. 100]

quantum fieri potest distribuatur”. Dixi quantum fieri potest nam aliquando contingit, ut vel propter humanae mentis debilitatem, vel ob<sup>5</sup> praescriptos ei, quae tractatur disciplinae limites summi jure nuper exposita observari nequeant.

SECTIO SECUNDA: DE METHODO STUDENDI ATQUE DIS-  
<sup>10</sup>PUTANDI

ARTICULUS PRIMUS: DE METHODO STUDENDI

**145.** Methodum studendi eam voco, qua natura studia dirigenda sunt,<sup>15</sup> ut ex librorum lectione disciplinam, quam cupimus, proprie etiam Marte ediscamus. Quanti vero momenti sint optimis regulis, rectisque

semper viis litterariam provin-  
<sup>20</sup> ciam, et scientiarum studia  
agredi, id maxime intelligunt, qui  
hisce praecidiis destituti sine duce,  
sine lumine, nullaque librorum delectio,

[p. 101]

nulla methodo, nullo certo ordine  
rem agrediuntur, atque ex hoc ple-  
rumque contingit, ut propter mag-  
nam rerum, idearumque confusionem  
<sup>5</sup> id unum improbo labore obtinea-  
mus ignorantiam videlicet. Qua-  
propter sit

**146. Regula prima.**

Nullae disciplinae deinde est opera,  
<sup>10</sup> nisi prius mens natura his omnibus,  
si quas habemus opinionibus sciatur,  
quae vel in deteriolem libro-  
rum lectione, vel in usu vivendi  
cum populo temere arripuimus.  
<sup>15</sup> Hae namque cum falsis, ut plurimum  
sit, impediunt quominus vera ac-  
quirantur.

**147. Regula secunda.**

Non multos auctores legendos  
<sup>20</sup> sed multum. Neminem latere arbi-  
tror, quantum tyronibus noceat

auctorum copia, nam ut praeclare in-  
quit, clari Facciolatus Oratione  
ad humanitatem: esto sint opimi

[p. 102]

sint probatissimi omnes, ipsa enim ve-  
ro multitudine sua, copia ipsa  
rerum optimarum legenti nocebunt.

**148.** Regula tertia.

<sup>5</sup> Ea potius nobis studia eligamus, quae  
non solum genio, sed statui etiam, mune-  
rique nostro magis conveniunt, atque ma-  
gis necessaria sunt, aliaque omnia prae,  
illis praetermitamus. Regulam hanc  
<sup>10</sup> ipsummet rationis lumen demons-  
trat: ridiculus namque esset hominem re-  
ligionis studio deditum militaribus  
potius rebus, et arti incumbere, sa-  
crarum rerum eruditione et studio  
<sup>15</sup> praetermissis.

**149.** Regula quarta.

“Rerum quod studendis incumbi-  
mus, ideas meditando et compa-  
rando claras nobis efficitur, eas-  
<sup>20</sup>que rite jam, et clare perceptas  
memoriae infigere admittamus”.  
Nisi hanc regulam accurate  
servemus sequentia nobis ne-

cessario provenient incommoda.

[p. 103]

Primum eam, quam ediscimus disciplinam penitus numquam intelligemus, cum rerum ideas tantum confuse, et ex parte inspicimus. Secundum propositae disciplinae veritatem non discernemus, id siquidem ab idearum claritate pendent. Tertium, disciplinam ita perceptam memoria non retinebimus, confusa solummodo vestigia facile oblitteranda post aliquod temporis<sup>10</sup> remanebunt.

**150.** Regula quinta.

Juvabit plurimum ideas, quas studio acquirimus, cum viris doctis percepi conferre. Compertum enim est non solum perfectius<sup>15</sup> mente comprehendendi memoriaeque tenacius inaherere, quae cum aliis conferuntur, verum etiam plura ad rem eandem spectantia plerumque detegi, quae hactenus studio reperta non fuere, quin imo quae<sup>20</sup> plura plane falsa deprehenduntur, quae antea pro certissimis habebantur.

**151.** Regula sexta.

Utile demum quam maxime est in tabulas referre quidquid studio in die acquirimus;<sup>25</sup> eaque deinde inter se comparare,



pacatoque animo perpendere. Siquidem primo, quae adnotamus, cum scribendo

[p. 104]

cogitemus diuturnius meditamus, atque idcirco profundius memoriae infigimus. Secundo descripta capita saepe revicimus, unde oblitteratae memoriae vestigia<sup>5</sup> iterum excitantur. Tertio quaecumque obiter adnotamus, ita prius mente resolvimus, ut ad rerum cogitandi modum accomodemus, et familiare nobis efficiamus, sicque quae hac ratione memoriae<sup>10</sup> mandamus, longe facilius recordamus. Alias plures regulas circa methodum studendi apud recentiores passim videnda brevitati consulens omitto.

<sup>10</sup> ARTICULUS SECUNDUS: DE METHODO DISPUTANDI

**152.** Methodum, regulasque exposuimus, quo proprio quisque ingenio in studiorum suorum itinere dirigatur, ille super sunt pertractandae, quae ad disputantem<sup>15</sup> spectant. Itaque sint

### **Regulae generales disputationi**

**153.** Regula prima.

In omni disputatione illud ante oculos  
semper habeamus oportet, ut dispu-  
<sup>20</sup>tationis ope, vel quod latet manifestum  
fiat, vel quod obscurum, involutioque est in aper-  
to ponatur. Id sane si fuerit nostra-

[p. 105]

rum operationum finis, inquit Fortu-  
natus a Brixia numquam sine fruc-  
tu disputabimus.

**154.** Regula secunda.

<sup>5</sup> Nulla de his rebus est instituenda disputatio  
quae vel certissimae sunt, vel humanum captum  
omne superant. Etenim quae certissima sunt frus-  
tra controvertuntur, quae autem mente mi-  
nime a regni possunt, perperam ope disputa-  
<sup>10</sup>tionis inquiruntur. Ad rem S. Agustinus Lib. II  
De Peccatorum meritis, numero 59 ubi, inquit  
de re obscurissima disputatur non adjuvantibus  
divinarum scriptorum certis, clarisque documen-  
tis, cohibere se debet humana praesumptio,  
<sup>15</sup> nihil faciens partem alteram declinando, et  
Lib. De Cura pro mortuis ait: neque parvum  
fructus existimandum est, non obscura aliqua, et  
incerta, quae comprehendere non valemus clarum  
saltem, certumque nobis sit, non esset quaerendas, et quod  
<sup>20</sup>unusquisque vult dicere putans prodesse,  
si sciat discat non deesse si nesciat.

**155.** Regula tertia.

Prius quam disputationem instituamus, id breviter, simulque clare et distincti exponendum, in quo volumus disputando versari. Per sane inquit Tullius Lib. qui orator inscribitur nisi inter eos, qui disceptant, convenit, quid sit illud de quo ambi-

[p. 106]

tur, nec recte discerit, nec unquam ad finem perveniri potest.

**156.** Regula quarta.

Omnino a disputatione abstinebimus, cum de re constat, ne quaestio de nomine fiat. Nam ut monet S. Augustinus, Lib. 2 Contra Academicos: turpe est disputationibus in verbi quaestione emorari, cum certamen nullum de rebus remanserit.

<sup>10</sup> **157.** Regula quinta.

Cavendum insuper, ne cum his disputemus, qui de rebus omnibus dubitant. Rem enim cum tristis ageret est oleum et operam perdere; cum perinde sit ad lapidem verberare.

<sup>15</sup> **158.** Regula sexta et ultima.

Disputantes debent esse in sermone mites, in audiendo quieti, in docendo officiosi, in respondendo blandi. In collatio-

ne itaque disputationis id cavendum est, inquit  
<sup>20</sup> S. Augustinus Lib. 4 Contra Cresconium, numero 3,  
alias capite 3: ne praerrumpatur in litem.

### **Regulae disputationis pro defendente**

#### **159. Regula prima.**

<sup>25</sup> Caveat defendens, ut honorifice semper argu-  
entem recipiat, atque ejus objectiones fideliter repitat,  
et quidem si fieri potest iisdem verbis, quod opponens con-  
sulerat. Id enim non solum candidi animi in dictum est,  
sed etiam, quia multoties contingit, ut arguentis  
<sup>30</sup> verba variare defendens non possit, quin aut illius

[p. 107]

vim bonumque minuat, sensum perturbet.

#### **160. Regula secunda.**

Peracta argumenti responsione in forma  
(ut loqui amant scholae) respondeat, ve-  
<sup>5</sup>ra concedendo, ambigua distinguendo,  
ac falsa, quae ipsi evidentur modeste ne-  
gando.

#### **161. Regula tertia.**

“Defendens, ut plurimum advertat, ne  
<sup>10</sup> quid tamquam certum, aut sibi da-  
tum adversarius assumat, quod neque  
vere concessum fuerit, neque jure veluti

certum haberi possit”. Indecens defendendi quippe est, iterum indubium revocare,<sup>15</sup> et quod plus est negare; quod semel, quamvis incaute, et temere concesserit.

**162.** Regula quarta et ultima.

“Defendens ita debet animum applicare ad terminos omnes, qui ab opponente adhibeatur,<sup>20</sup> ut nullum permittat, qui sibi vel obscurus, vel ambiguus videatur; unde si quis forte si adhibeatur, modeste petat, ut dilucide explicetur”. Mirum sane est quot lites, quot veri sensationes ex sola<sup>25</sup> unius termini explicatione terminentur.

**Regulae disputationis pro opponente**

**163.** Regula prima.

“Opponens debet directe probare, quod ipsi a defendente est negatum. Hoc namque est opponentis munus”<sup>30</sup>

**164.** Regula secunda.

Observet an opponens mutet medium, quod primo ad missim destruendam fuit assumptum: si secus faciat libere moneat non probare in-

[p. 108]

tentum. Siquidem mutare medium nequit opponens, quin propriae famae multum

detrahat. Animadvertendum pariter, ne  
cohens potius, quam coham probet.

<sup>5</sup> **165.** Regula tertia.

“Nihil tamquam certum ab opponente  
habendum est, quod a defendente negari ju-  
re possit, vel in dubium vocari”; obmutesce-  
re quippe cogetur opponens si tale prium  
<sup>10</sup> et minime a defendente fuerit datum.

**166.** Regula quarta.

“A causalibus quantum possibile sit, ar-  
guens sese absteineat”. Si enim negen-  
tur, difficile probabuntur; semper enim  
<sup>15</sup> facilius propositio categorica, quam hy-  
pothetica probatur.

**167.** Regula quinta.

Licet intendum aliqua syllogisticae for-  
mae interruptio, qua brevis fiat,  
<sup>20</sup> eorum quae negata sunt, aut concessa,  
recopilatio, ut nempe ostendatur, quo  
loci sit status quaestionis, clariusque inde  
appareat, quod de inceptis probandum in-  
cumbat.

<sup>25</sup> **168.** Regula sexta.

“A convitiis omnino absteineat: imo, et clamo-  
sas vociferationes fugiat”. Illa enim clari-  
tatem, iste vero modestiam maxime  
laedunt.

<sup>30</sup> **169.** Sufficiant hucusque tradita pro hujus,  
caeterarumque mentis operationum eluci-

ditione: puto enim ea omnia, quantum  
ad tyrones obtinet, tradidisse principia [...]

## ÍNDICE

<i>Celina A. Lértora Mendoza</i>	
Introducción	5
Philosophia libera seu eclectica	
Pars Prima Logicam complectens	9
Praeludium Philosophiae auditores	9
Dissertatio historico critica	
De logicae nomine, objecto, utilitate, methodo, ortu, progressu, praesenti statu, atque praecipuis ejus Scriptoribus	17
Paragraphus Primus: Logicae nomen expenditur	17
Paragraphus Secundus: Logicae objectum	18
Paragraphus Tertius: Logicae utilitas	19
Paragraphus Quartus: Logicae ortus	20
Paragraphus Quintus: Logicae in artis forma reductio, atque ad nostra fere tempora progressus	21
Paragraphus Sextus: Logicae deformatio	24
Paragraphus [Septimus]: Logicae partitio	28
Paragraphus Ultimus: Methodus logicae traditur	29
Logicae Pars Prima	
Sectio 1 <sup>a</sup> :	31
De natura et diversitate idearum	
Articulus 1 <sup>us</sup> :	31
De idearum natura	
Articulus 2 <sup>us</sup> :	
De multiplici idearum divisione ubi de quinque ideis universalibus Porphyrii	38
Articulus 3 <sup>us</sup> :	
De veritate et falsitate, claritate et distinctione idearum	43
Sectio 2 <sup>a</sup> :	
De idearum signis sive de terminus vocalibus	45



Articulus 1 <sup>us</sup> :	45
De signo et vocibus generatim sumptis	
Articulus 2 <sup>us</sup> :	
De divisione terminorum	47
Articulus 3 <sup>us</sup> :	
De nominis et rei definitione	50
Articulus 4 <sup>us</sup> :	53
De divisione	
Logicae Pars Secunda	
De juicio et [propositione]	56
Sectio 1 <sup>a</sup> :	
Judicii natura ejusque proprietates paucis explicantur	56
Sectio 2 <sup>a</sup> :	
De origine vitiorumque judicia nostra depravantur, et qualiter illis sit occurrendum	57
Sectio 3 <sup>a</sup> :	
De propositionis natura ejusque multiplici divisione	62
Sectio 4 <sup>a</sup> :	
De oppositione propositionum atque conversione	66
Articulus 1 <sup>us</sup> :	
De oppositione propositionum	66
Articulus 2 <sup>us</sup> :	
De conversione propositionum	71
Logicae Pars Tertia	
De humana ratiocinatione sive discursu	74
Sectio 1 <sup>a</sup> :	
De natura ratiocinationis ejusque speciebus	75
Sectio 2 <sup>a</sup> :	
De natura, materia et forma syllogismi	80
Articulus 1 <sup>us</sup> :	
De syllogismorum simplicium regulis	83
Articulus 2 <sup>us</sup> :	
De singulis syllogismorum simplicium figuris	87

Articulus 3 <sup>us</sup> :	
Multiplex divisio syllogismi compositi breviter affertur	95
Articulus ultimus:	
De sophismatibus seu falsis ratiocinationibus	98
Logicae Pars Quarta	102
De methodo	
Sectio 1 <sup>a</sup> :	
Quid sit methodo generatim traditur	102
Articulus 1 <sup>us</sup> :	
De methodo analytica	103
Articulus 2 <sup>us</sup> :	
De methodo synthetica	105
Sectio 2 <sup>a</sup> :	
De método studendi atque disputandi	108
Articulus 1 <sup>us</sup> :	
De método studendi	108
Articulus 2 <sup>us</sup> :	112
De methodo disputandi	

FRANCISCO SEBASTIANI

**Francisco Sebastiani**

1764- 1823

De origine, utilitate et método Logicae

Natura et diversitate idearum

De idearum signis sive de terminus vocalibus

De propositionis natura et divisione

De natura et speciebus ratiocinationis

De methodo analytica et synthetica

De methodo studendi atque disputandi

ISBN 978-987-4483-65-2



9 789874 483652